c. q. pil. II.

f. q. 55.
p. 2.

MM. o. 119.

ELENCHUS CHRONICUS
VICARIORUM URBIS
IN SPIRITUALIBUS
MAXX. PONTIFICUM ROMM.
AD
JULIUM MARIAM
DELLA SOMAGLIA
AMPLISSIMUM S.R.E. CARDINALEM
SS. D. N. IN URBE VICARIUM
AUCTORE
HYACINTHO PONZETTI
A SACRIS DOMUS PONTIFICALIS



ROMÆ . MDCCXCVII.
APUD LAZZARINOS.

Facta a Præsidibus Facultate.

= = Vi è in Roma un MAGISTRATO GRANDE, qual'è il Cardinal Vica-
= = rio del PAPA, che lo rappresenta nel Governo del Vesco-
= = vato particolare di Roma, e del suo Distretto =

CARD. DE LUCA: *Il Vescovo Prattico Cap. XXVIII. num. 19. pag. 480. Roma 1675. in 4.*

PRINCIPI EMINENTISSIMO

JULIO MARIÆ

TIT. S. SABINÆ

S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI

DELLA SOMAGLIA

SS. D. N. IN URBE VICARIO

HYACINTHUS PONZETTI

FELICITATEM.

VErebar sanè cum hoc tenui opusculo meo ad Te accedere, CARDINALIS AMPLISSIME, quod Sapientiæ Tuæ lucubrationem tam rudem, et dignitati Tuæ donum tam exiguum offerre abs re esse omnino arbitrabar. At humanitas Tua, quæ nihil parvum fastidit, aspernaturque, sed magnas inge-

nii opes, ut plurimi facit, sic modicas, tenuesque suo habet in pretio, atque clementia Tua singularis, qua omnes complecteris hanc trepidationem meam, et reverentiam vicit, cum mihi persuasum esset, Te magis, qua id voluntate facerem, quam quid tandem Tibi offerrem, benignè inspecturum. At re quidem ipsa nullum mihi tempus commodius adfuturum putabam, quam si libellus hic de Vicariis Urbis tuo potissimum fultus patrocinio prodiret, Tibique commendatus, quem a DEO O. M., et à Pontifice Summo PIO VI., cujus nomen augustissimum æternitas omnis intuebitur, almæ Urbi in rebus sacris præpositum hisce temporibus videmus, et quem in præsenti rerum omnium præsertim ecclesiasticarum summa difficultate earum moderatorem, ac ducem eximium omnes admiramur, ut quietis, et tranquillitatis publicæ auctor esses; cum ipse Te geras, ut dignus sis, qui clarissimis omnium linguarum præconiis prædiceris, monuit me observantissima erga te mea pietas, ut in tuo multò clarissimo nomine eumdem libellum de Vicariis Urbis tam antiquis, quam recentibus, Tuis decessoribus publicarem, in quibus Tu quoque, AMPLISSIME CARDINALIS, satis conspicuum locum tenere mihi videris. Tu enim ex Sommalia gente (*a*) procreatus, quam, et antiquitas gene-

(*a*) SOMMALIAM gentem inter primarias, ac pervetustas totius Insubriæ gentes numerari, quippe quæ à nobilissima Hispanorum progenie originem ducat, satis magno numero probatissimi Scriptores testificantur. Ut abolitum jam

neris, et armorum, togæque splendor; et affinitates nobilissimæ præstantissimam efficiunt, et præclarissimam (*a*); Tu in arduis, diuturnisque pro Sancta Sede muneribus res præclaras gessisti, quæ Tibi gloriam nullo unquam tempore inter homines morituram, compararunt: Tu vir doctrina, sapientia, omnigena eruditione, pietate, atque cognitione optimarum rerum, et experientia admirabilis, et obsequentissimus, et fidelis S. D. N. Pontificis PII VI. in rebus sacris vices præstas; Tu, inquam, virtute, atque exemplo ad benè, beatèque vivendum omnes nos, qui Romæ versamur, invitas, nosque in primis Ecclesiæ ministerio addictos, qui tuorum consiliorum participes assiduè quid agas, quid cogites intuemur: Tu omni tuo conatu eniteris doctis, et salutaribus institutis cultum Dei longè, latèque propagari, christianam disciplinam restitui, Ecclesiae dignitatem, et jura lapsa reparari, præclaras præceptiones retineri, depra-

---

ferè vetustate magnum imaginum numerum præteream, fuerunt ex hac gente Sommalia, JULII MARIÆ amplissimi Cardinalis majores abhinc annos fermè Quingentos non tantum clarissimi, sed beati opibus, et plurimorum Oppidorum, et terrarum perpetua ditione potentes, neque Mediolanensium tantùm magnatium nomine nobilitati, sed ob res fortiter, ac strenuè gestas, in eos etiam, qui de rebus Italicis conscripti sunt, commentarios, atque annales magna cum laude relati. Vide nostram adnotationem in hac serie Vicariorum Urbis Pag. 55., in qua brevem narrationem de Familia Comitum DELLA SOMAGLIA ex plurimis benè perspectis Scriptoribus, publicisque monumentis contexuimus.

(*a*) Vide SALMON, pervulgatum auctorem Libri italici, cui titulus: *Stato presente di tutti li Paesi, e Popoli del Mondo*. Tomo XIX. *dell' Italia*, editi Venetiis apud Jo. Baptistam Albrizzi 1751. in 8. pag. 36. qui inter *nobilissimas*, et *divites* Mediolanenses familias SOMMALIAM recenset.

pravata corrigi, suum justitiæ, suum ceteris virtutibus locum restitui, gregis christiani, præsertim Romani incolumitati, atque integritati consulere, expurgare hominum mentes à falsæ sapientiæ sæculi labe obsessas, vitia expellere, bonos mores inducere, virtutibus præmia præponere, pacem, et quietem omnium conservare, atque hùc omnis disciplina, omnis exercitatio, omne Tuum studium versatur; ac omni deposito fastu sacerdotalem, ac veluti apostolicam humilitatem, et humanitatem referre planè omnibus videris; nulla duceris consanguinitate, nullo amicitiæ jure à recto tramite deflecteris, et in erogandis muneribus unam virtutis, et præstantiæ rationem habes. Quid amplius? ea prudentia, atque integritate res singulas administras, ut præcipuo Dei beneficio Te nobis hac tempestate datum esse omnes fateantur. Tantam autem Tuam amplitudinem, unde beneficiis admodùm prodesse potes, Tibi ne dum comparavit Maximi Pontificis PII VI. gratia, qui Te unum ex omni Purpuratorum ordine in administranda hac Urbana sacra re, muneri omnium gravissimo, ac difficillimo præfecit, ne dum excelsus ille in Ecclesia locus, in quo virtute, non fortuna es collocatus, sed ingentia illa tua animi ornamenta, quibus virtus ipsa Te cumulavit. At mihi hoc loco in tua præconia excurrere, atque extollere, quanta hominum commendatione officium tuum pastorale administras, consilium meum non est, quum de tot virtutibus tuis, quæ Tibi uberrimos gloriæ fructus

jam

jam pariunt, quid proferam quæso, quod huic almæ Urbi Romæ ignotum, nec planè perspectum sit?

Excipe ergo, CARDINALIS AMPLISSIME, tuo jure Sacerdotis Romani, deditii tui parvum laborem in signum religionis, et observantiæ erga Te meæ, rogans, ut operi judicium, et auctori patrocinium benignè præbeas, et ut ea, qua effertur fronte, accipias hilari, ac facili scilicet, Teque vindice, omnium optimo tutus in hominum manus exire posset. Hunc enim libellum ex multis, ac probatis Auctoribus bona fide collectum; Deo benè juvante scripsi in hac ferali, et nunquam à sæculis audita bellorum tempestate, quæ jam dudùm florentissimas Italiæ provincias exterarum gentium armis iniquo fato cædibus, ruinis, excidiis, et vastationibus complet, omniaque sacra, et prophana miscet, atque conturbat, et literarum minuit exercitium, in quo talem diligentiam præstiti, quam imbecillitas ingenii mei, et difficillimum argumenti momentum expostulavere.

Gratissimo igitur vultu munusculum hoc meum, ut Tibi morem gererem dispositum, et editum ne dedignare complecti, et qua obvia in cunctos humanitate omnes prosequi solitus es, eadem, et hunc ingenioli mei fœtum excipe, Tuoque validissimo patrocinio fove, atque sustenta: quod si Tibi placebit, ceteris omnibus me satisfecisse putabo. Hoc unum postremò oro, ut non operis lectionem, quam animi significationem expendas; meque, si majora pro Tua illustranda, atque amplificanda dignitate

præ-

præstare potuissem, libenter suscepturum fuisse intelligas.

DEUM Opt. Max. interim enixè precor, atque obsecro, ut prosperè omnia semper Tibi cedant, et ut per multos annos amplissimam hanc dignitatem fortunet, quamdiutissimè catholicæ Ecclesiæ præsidio, almæque hujus Urbis saluti, Clerique Romani ornamento Te servet incolumem, et quæ sanctè meditaris, optatum exitum, ut feliciter consequantur, efficiat.

CON-

CONSPECTUS OPERIS.

I. DEdicatio Operis facta Principi Eminentissimo Julio Mariæ S. R. E. Presbytero Card. Sommaliæ S. D. N. in Urbe Vicario. *Pag.* III.

II. Præfatio, et Monitum ad Lectorem *pag.* XI.

III. Index Chronologicus Vicariorum Urbis *pag.* XXV.

IV. Judicium Clar. Viri, et Auctoritates Censorum *p.* XXXIX.

V. Elenchus Chronicus Vicariorum Urbis in Spiritualibus Maxx. Pontificum Romm. ad Julium Mariam della Somaglia amplissimum S. R. E. Cardinalem SS. D. N. in Urbe Vicarium. *pag.* 1.

VI. Appendix, in qua continentur Literæ Apostolicæ in forma *Brevis*, et *sub Plumbo*, et Chirographa, quibus à S. D. N. PIO PAPA VI. instituitur Vicarius Urbis Em̃us, et Rm̃us Card. de Sommalia cum Privilegiis, Facultatibus, Præeminentiis, Jurisdictionibus etc. ad eum pertinentibus. *pag.* 59.

PRÆFATIO,

ET MONITUM AD LECTOREM.

VIcariorum Generalium in Urbe in Spiritualibus Romanorum Pontificum Elenchum evulgaturus, illud te primùm moneo, Lector humanissime, Vicarium Urbis dictum fuisse, qui alteram Diœcesim Italiæ sub uno Præfecto-Prætorio administrabat, quæ Diœcesis, decem complectebatur provincias, ut benè animadvertit C. V. Jo. Franciscus Bernardus Maria de Rubeis Ord. Præd. in *Monumentis Ecclesiæ Aquilejensis Cap. 5. pag. 51.* Argentinæ 1740. fol.: Vicarios Urbis quoque nominatos fuisse Urbis Senatores, ut adnotat Clariss. Vir Jo. Marius Crescimbeni in Libro, cui titulus est: *Stato della Basilica di S. Maria in Cosmedin*. Roma 1715. in 4. Cap. V. in *Serie Chronologica Urbis Senatorum*: Vicarios Pontificis Romani appellatos fuisse quoque Legatos Sedis Apostolicæ missos in Provincias, et in Ecclesias designatas, quibus nempè vices suas in dictis provinciis, et Ecclesiis Summus Pontifex committebat; pari ratione Sedis Apostolicæ Vicarii etiam dicebantur illi, qui ab ipsis Pontificibus absentibus, Sæculis præsertim XI. XII. XIII. et XIV. et Avenione residentibus, Romam missi, ibi Romani Pontificis personam gerebant, ac significabant, qui quidem Vicarii licet fuerint magnæ auctoritatis, multiplicique facultate, tum quoad sæcularia, tum quoad ecclesiastica, et honore gauderent, propriè vices Romani Pontificis in rebus sacris Romæ non gerebant, cum alter Episcopus tunc ibidem adesset, qui veram Vicariam potestatem Romani Pontificis in rebus sacris exercebat: Itidem Vicarios Romani Pontificis dictos fuisse scimus, et quidem in spiritualibus, quos habuerunt nonnulli Pontifices Avenione sedentes, et sibi reservantes Episcopatum Avenionensem, ut fuit Joannes XXII., qui Guasbertum Episcopum Massiliensem, Camerarium suum, Vicarium Generalem in spiritualibus pro dictæ Ecclesiæ Avenionensis administratione creavit Anno 1322. ut constat ex *Gallia Christiana in Ecclesia Avenionensi* To. I. colum. 821.; atque etiam Gerardum de Campinulo, qui Concilium Anno 1326. apud S. Rufum prope Avenionem habuit: idem fecerunt Clemens VI., Innocentius VI. Urbanus V. qui quoque crearunt Vicarios Generales pro Ecclesia Avenionensi, quam ipsi retinuerunt. Atque sequioribus

sæculis, etiam nostris, Vicarios Urbis appellatos fuisse compertum est, Legatos à latere in Urbe deputatos à Romanis Pontificibus extra Urbem abeuntibus, quorum Vicariorum angusta erat jurisdictio, quæ extra Urbis pomerium non protendebatur secundum Decretalem Anni 1206. Innocentii PP.III. Cap. *Sua nobis* : de Officio Vicarii ; et ut Romæ absente Sixto IV. relictus est Vicarius Card. Jo. Baptista Cibo : Alexandro VI. deputatur Card. Antoniottus Pallavicini : Clemente VII. Card. Antonius Chiocci de Monte : Paulo III. Card. Jo. Vincentius Carafa, et Card. Rodulphus Pius Carpensis : Clemente VIII. Card. Innicus Avolos ; qua quidem in horum Legatorum deputatione Vicarii ipsi Urbis in spiritualibus jus suum integrum exercere, vicariaque potestate gaudere persequebantur. De his hìc non loquimur, sed de veris Vicariis, qui sunt Ordinarii Urbis, quique Romanorum Pontificum Maximorum personam repræsentant, ut potè Romanæ Urbis Episcoporum, vices in rebus sacris supplentes, ac tam præsente, quam absente Papa, plenam Episcopalem jurisdictionem exercentes, atque omnia munera ad Episcopum spectantia obeuntes ; et quorum jurisdictio, et potestas nonnullis anteactis sæculis restricta, nec tam ampla erat, sicuti hodie ; nam tunc Episcopus Portuensis, ut unitus Episcopatui Sanctæ Ruffinæ in magna Urbis parte jus suum dicebat, atque Transtyberinam Urbis regionem, Licaoniam insulam, et Civitatem Leoninam jure Diœcesano sibi obstrictas possidebat, ac proinde in locis illis poterat post Romanum Pontificem, Ecclesias, Altaria, Episcopos, et Moniales consecrare, Sacerdotes, et Clericos ordinare, visitare, jus suum dicere in spiritualibus, et cetera omnia peragere, quæ alii Episcopi in suis Diœcesibus expedire solent ex Constitutionibus Pontificiis. De hac exoleta Episcopi Portuensis jurisdictione legenda est erudita Dissertatio Clariss. Viri Card. Francisci Mariæ Brancacci : *De Optione Sex Episcopatuum S. R. E. Cardinalium* inter ejus Dissertationes, editas Romæ in 4. 1672. pagg. 112. et seqq. edentis quoque *epistolam* Michaelis Lonigii ad Card. Franciscum Sfortia, Episcopum Portuensem ; et eruditum *Opusculum* P. Andreæ Hieronymi Andreucci S. J. *de Episcopis Suburbicariis* Cap. I. num. 9. pag. 170. Romæ 1769. in 4. De hisce Vicariis nobis propositum est, non hìc de eorum vita, rebusque gestis commentarium scribere, sed breve dumtaxat elogium conficere, subjecta ad singulos scriptorum, et Historicorum, qui de ipsis agunt, indi-

dicatione, eorumque, quos invenire potuimus, ordine chronologico seriem texere à primæ Aeræ christianæ sæculis usque ad nostra tempora in amplissimo S. R. E. Cardinali JULIO MARIA DELLA SOMAGLIA, quem nuper ad hanc dignitatem providentissimo consilio substulit sapientissimus meritorum investigator S. D. N. PIUS PP. VI. Horum Catalogi maximis difficultatibus laborant, quod ferè singulis sæculis magnæ lacunæ inveniuntur, et quamplurimorum memoria prorsus desideratur.

Primis Quatuor Ecclesiæ sæculis Pontificios Vicarios admittimus adversus opinionem P. Antonii Pagii: in *Critica Annal. Eccles. Card. Baronii*, qui hos Vicarios dumtaxat admittit sub Petro Apostolo per plures Annos sibi subdelegante tres Vicarios in Urbe, et adversus Joannem Pearsonium Anglum hæreticum eruditum: in *Annalibus Cyprianicis* ad Annum 253. eorumque elenchum cum eruditissimis Viris Daniele Papebrochio, Gothefrido Heschenio, et Francisco Blanchino pro virili ordinavimus, eorumdem electionis tempore servato, quoad fieri potuit in tanta temporum varietate; ac in hac nostra ferali tempestate, qua Respublica Christiana gravibus malorum procellis, diuturno, atrocique bello agitatur, cui omnem suam spem in Domino confidenti continuò omnibus precibus eum orare opus est, ut ineffabili sua clementia tot, tantasque bellorum calamitates miseratus quietem, animorum concordiam, atque pacem populo christiano, paremque orthodoxæ fidei tuendæ, instaurandæ, et propagandæ zelum largiatur.

In primis, ut observat Clariss. Vir Franciscus Blanckinus Tomo III. *Anastasii Bibliothecarii* in Notis ad Vitam S. Evaristi PP. pag. 75. et alibi passim, apud omnes in confesso est, ab Apostolorum ætate inductum fuisse hunc providentiæ modum subdelegandi, et sublegendi Episcopi Adjutoris, et Vicarii, ut ubi necessitas Christiani Populi posceret subsidium Coadjutoris, sublegeretur Episcopus, qui munia Pontificalia exerceret, tamquam Vicarius in Ecclesia suo pastore nondum viduata; et ita Linum, et Cletum à Petro ordinatos fuisse ferè universi consentiunt: et hæc consuetudo recepta fuit Quatuor his primis sæculis ab Apostolica Sede, ut censeretur gravissima causa ad Episcopum Adjutorem assumendum in Romana Ecclesia, si proprius Episcopus prævideret, se impeditum iri necessitate ineluctabili, ut in persecutionibus non semel contigit, si apostolici muneris officium Pontificem aliò avocaret

ad

ad corporis totius unitatem tuendam, aut connectendum ordinem cum novis regionibus Fide Christiana illustrandis exemplo Petri, qui Linum, et Cletum Adjutores adhibuit per sui absentiam ab Urbe; sive cogeretur Pontifex ab Urbe exulare, sicut contigit Petro sub Claudio, qui remigravit in Asiam, et quando erexit novas Ecclesias in Occidente, et in Asia: itidem opera Vicarii utebatur, quando ipse Pontifex ægritudinis, aut ætatis gravioris incommodo prohiberetur tot curis, et muneribus prestò esse, requirentibus senectam vividiorem, ut accidit tempore S. Silvestri PP. I. eligentis Vicarium in Pontificio munere Adjutorem. Atque hi Adjutores, et Vicarii constante persecutione non semper adhibiti sunt ex Episcopis ejusdem civitatis, sed assumpti modò ab hac, modò ab illa ex vicinioribus unus, aut alter, qui apud Pontificem Max. degerent nullo suæ plebis nondum tam numerosæ detrimento, aut periculo; at cum vis persecutionum remissiùs ageret apud Ostiensem Coloniam, aut Albanensem Civitatem, aut Sylvam Candidam, seu Prænestinis in Oppidis, sive in Sabinis.

Hunc eumdem Vicariorum usum Quarto Sæculo Sanctus Ambrosius primò confirmat in Ecclesia Mediolanensi, qui suum Vicarium constituit Sanctum Simplicianum, qui cum esset Romæ S. R. E. Presbyter, et fortasse etiam Pontificius Vicarius a S. Damaso Mediolanum missus fuit, ut inter prima Episcopatus exordia adesset Ambrosio, cujus deinde suffragio Cleri Mediolanensis successor evasit ex sententia Card. Baronii *Annal. Eccles.* ad Annos 375. et 385., et Ludovici Tomassini: in opere, cui titulus: *Vetus, et Nova Ecclesiæ Disciplina* Part. I. lib. II. Cap. 7. num. 5. pag. 231. Edit. Parisiensis 1691. in fol. Quin imo ea ætate in aliquibus peculiaribus Ecclesiis consuetudo eligendi Episcoporum Vicarios usque eò pervenerat, ut viventibus adhuc ipsis Ecclesiarum pastoribus, novi frequenter crearentur Coadjutores, qui postea in demortuorum Episcoporum locum succederent, quemadmodum facto proprio demonstrat S. Augustinus, clarissimum Ecclesiæ lumen, et insignis Doctor; quem tamen abusum eligendi Adjutores vivente Episcopo cum futura successione Concilium Nicænum damnavit, et Antiochenum An. 341. Canone 23. ut monet S. Basilius Epist. 53. in To. III. Oper. pag. 147., nec non Romana Ecclesia, omnium magistra vivente Pontifice studiosè vitavit, neque in se ipsa experta est, neque in ceteris toleravit. At eumdem usum legitimum Vicarii citra jus successionis assumendi pro Ecclesiæ utilitate ad Pon-

Pontificalia etiam munera obeunda admisit præsertim urgente persecutione. Cœterò sæpè contigit, eos subinde electos fuisse Successores Romanos Pontifices post illorum martyrium, qui eosdem Vicarios suos constituerant, uti Linus, Cletus, et Clemens a Petro, Evaristus ab Anacleto, Alexander ab Evaristo, et plures ab aliis delecti Vicarii, et Coadiutores, postmodum illis successerunt in Romano Pontificatu, cujus tyrocinium præclaro in ministerio exercuerant; et hoc præsertim evenit aliquando fervente persecutione ex Cleri Romani communibus suffragiis, ut potè quorum prudentiam regiminis, et virtutes Episcopo dignas perceperat experimento. Aliquantulum pacatis temporibus Antoninorum, scilicet secundo sæculo, cum acquirerentur Christo regiones Romanis fœderatæ, aut finitimæ, frequens occasio sese offerebat Episcopos ex Urbe mittendi ad gentes illas erudiendas. Eos autem, quos apostolico ministerio deputaret Romanus Pontifex, æquum erat experimento regiminis aliquandiù tentare, et tyrocinio quodam exercere, ut ajebam, in munere pastorali: id vero præstari faciliùs, ac securiùs non poterat, quam adhibendo candidatos evangelicæ missionis per aliquot menses, vel annos aliquando ad *Vicariæ* potestatis officia episcopalia in Urbe exercenda.

Persecutionibus tandem sublatis, et pace Ecclesiæ reddita, cum possent proximi Urbi Episcopi, idest Suburbicarii frequentiùs Romæ versari citra ullam plebis suæ jacturam, delecti nonnulli ex his fuerunt à Romanis Pontificibus Coadjutores gravioribus in Causis suo cum Presbyterio tractandis, atque consecrandis Præsulibus, et Sacerdotibus, et ad alia ministeria frequentanda; eoque nomine Marcus PP. delegit Ostiensem Antistitem ad obeunda certa munera in Romanæ sedis obsequium, ut Pallii quoque gestandi jure eum donaverit, et auxerit privilegio Romani Pontificis consecrandi. Constat ergo planè usus Vicariorum Episcoporum per Secundum, et Tertium Sæculum, continuatus subsequentibus Sæculis, et hæc eadem consuetudo Vicarii Episcopi assumendi, atque adhibendi in Patriarchatu Romano, ubi necessitas, aut utilitas ita exposceret, retenta fuit ab Ecclesia Romana.

Sæculis vero VIII. et subsequentibus, quibus pauci, vel nulli Vicarii Romanorum Pontificum quandoque in Urbe inveniuntur, ut apparet ex multis hujus nostræ Chronologicæ Seriei intermissionibus, conjicere possumus, hanc Vicariam potestatem in Urbe tunc exercuisse, vel unum Ecclesiæ Romanæ Ar-

Archidiaconum, qui quidem ut potè Episcopi oculus, et manus, incumbens in universam curam Cleri, seu Rure, seu in Urbe positi, et in omnes Clericorum, Presbyterorum, atque Monachorum mores; in voluntaria, sive contentiosa Episcopali jurisdictione temporaria principalis minister, Vicarius, et omnibus ecclesiasticis negotiis præpositus, ut dissertis verbis testatum facit Innocentius III. Can. ad Hæc: *de Officio Archidiaconi* his verbis: *Archidiaconus . . . . major post Episcopum, et ipsius Episcopi VICARIUS reperitur: omnem sollecitudinem, et curam tam in Clericis, quam in Ecclesiis . . . . . impendendo, cum super his sit redditurus rationem in districti examinis judicio.* Et teste S. Hieronymo ad ejus testimonium ordinabantur ab Episcopo Presbyteri: nec Vicaria hac Archidiaconali potestate in Urbe vigente, alter tunc Episcopus electus erat, quia per se illis temporibus Romani Pontifices ordinationes Clericorum peragebant, ut nostro Sæculo S. M. Benedictus PP. XIII. qui hunc usum antiquum optimo Urbis, et Orbis exemplo instauravit, quotidie Sacris Actionibus Episcopalibus vacans, ut testatur Card. Petra, To. V. *Comment. ad Apost. Constit. Constit. I.* Pauli PP. II. num. 50. et doctiss. Vir Alexander Borgia Archiepiscopus Firmanus: in ejus *Vita commentario excepta*, edita Romæ 1741. in 4. Quod quidem munus Archidiaconi Romanæ Ecclesiæ nos docere videtur Ordo Romanus, qui continet praxim Sacri Ministerii istorum Sæculorum, editus a Francisco Blanchino To. III. *Anastasii Bibliothecarii* pag. XXXIX., et a Joanne Mabillonio To. II. *Musæi Italici* pag. 3. in quo expressis verbis dictus Archidiaconus appellatur: PONTIFICIS VICARIUS his verbis: *Omnes Acholyti cujuscumque regionis .... si quis V.G. vim passus fuerit, sive ab ecclesiastico, seu à quocumque militari persona . . . . . habeat Archidiaconus, VICARIUS PONTIFICIS* etc. De hujus Archidiaconi Romanæ Ecclesiæ ministerio legenda quoque est observatio Clariss. Viri Francisci Blanchini To. II. dicti *Anastasii Bibl.* in *Notis* ad Vitam S. Hygini PP. pag. 108. et erudita italica Dissertatio III. clariss. Viri Cajetani Cenni in To. I. *Oper. Posth.* pag. 127., Joannes Vignoli in To. III. *Libri Pontificalis* pag. 38. Vide sis quoque Du-Cange in Glossario V. *Archidiaconus*, cujus opinio est: Archidiaconi dignitatem tantam esse, ut Episcopi *Vicarius* dicatur in *Ordine Romano*, et ut vices Episcopi in illius Diœcesi exequatur, et Ecclesiarum visitandarum ipsius loco curam suscipiat. Accedit quoque, quod Archidiaconus Ecclesiæ Romanæ pluries eligc-

gebatur Summus Pontifex, quam Presbyteri Cardd. quia ipse res Ecclesiæ non tantum temporales, sed etiam spirituales penitus noverat. Idem porro Archidiaconus functus fuit hoc Vicario ministerio cum aliis duobus insignibus viris Archipresbytero, et Primicerio Notariorum, præsertim illis temporibus, quibus Romani Pontifices, nondum potiebantur temporali Dominio Urbis Romæ, quibus tribus præcipuis Cleri Romani ministris unà committebatur Sedis Apostolicæ vacantis cura usque ad Sæculum XI., et ab eisdem absente ab Urbe Romano Pontifice regebatur Ecclesia Romana, ut asserunt Card. Baronius: in *Annal. Eccles.* ad Annum 590., Antonius Pagius: in *Breviario Hist. Rom. Pont.* in Pelagio PP. I. To. I. num. VII. pag. 173. et in S. Gregorio PP. I. eodem To. I. num. III. et IV. Clariss. Vir. P. Joannes Garnerius S. J. in Notis ad opus inscriptum: *Liber Diurnus Romanorum Pontificum* Tit. I. pag. 9. Parisiis 1680. in 4. et P. Joseph Catalani: To. II. *Cæremonialis S. R. E. Commentariis illustrati* pag. 2. et 82. et To. III. *Pontificalis Romani commentariis illustrati* pag. 240. Verosimiliùs autem in sententiam Ferdinandi Ughellii To. I. *Italiæ sacræ, in Episcopis Ostiensibus, et Veliternis* pag. 58. ire possumus, asserentis: Septem Episcopos Cardinales Suburbicarios Pontifici Romano vicariam hanc operam consuevisse impendere, præsertim Ostiensem Episcopum. Rursus quoque observandum est, aliquibus temporibus fuisse in Ecclesia Romana *Ordinatorem*, sive Subsidiarium administrum Sacræ Ordinationis, qui fortasse vices Summi Pontificis agebat: vide Jo. Vignoli: in *Libro Pontificali*: in Vita Constantini PP. verbo: *Ordinator*. To. II. pag. 2.

Neque adnotare prætermittendum est ex historia ecclesiastica, nonnullos antiquos Pontifices Rom. aliò ab Urbe abeuntes, Vicarios suos nominasse, atque in Palatio Lateranensi reliquisse, rerumque spiritualium potestatem iis commisisse, ipsosque veros Pontificis Vicarios in spiritualibus fuisse. Ita Vigilius PP. Constantinopolim proficiscens, qui suas implendas vices dedit Cardinali Sylvæ Candidæ Episcopo: ita sequioribus sæculis alii Pontifices, ut Gelasius PP. II. qui in Galliam secedens, renunciavit in Urbe Vicarium Petrum Episcopum Portuensem: Innocentius PP. II. qui ex Urbe egrediens ob Anacleti pseudo-pontificis factiones, constituit ad Cleri gubernationem Conradum Episcopum Sabinensem; et Innocentius PP. III. qui aliò abiens Cardinalem Octavianum Episcopum Ostiensem eidem curæ præfecit. Vide Card. Rasponi: *de Basi-*

silica, et *Patriarchio Lateranensi* Lib. I. Cap. IV. pag. 21. Eisdem quoque, et posterioribus sæculis quandoque hanc praxim Vicariorum adoptarunt alii Romani Pontifices, cum regiones remotas peterent, relinquentes Romæ Vicarium cum potestate Legati à Latere, cui communicabant facultatem ampliorem re dum Vicarii Episcopi Urbis, sed ipsius Pontificatus, exceptis aliquibus facultatibus soli Personæ Papæ competentibus, ut adnotat Card. Petra To. V. *Commentar. ad Constit. Apost. Constitutione I.* Pauli II. num. 44. Iique veri sunt Pontificii Vicarii in Urbe, atque adnumerandi in nostro Catalogo.

Adlegendi sunt etiam inter veros Vicarios Urbis nonnulli Pro-Vicarii Cardinales, qui vel in absentia ab Urbe ipsius Cardinalis Vicarii deputantur à Papa, ut accidit in absentia Card. Martii Ginetti, in qua ab Urbano VIII. adlectus fuit Pro-Vicarius Anno 1638. ejus Germanus frater Fr. Antonius Barberinus Ordinis Min. Cappucc.; et Cardinalis Hieronymus Casanata 25. Aprilis 1682. ab Innocentio PP. XI. in absentia Card. Gasparis Carpinei, per aliquot menses commorantis in Carpinea suæ nobilis Familiæ Ditione. Vel in Vacatione Vicariatus per obitum ipsius Card. Vicarii, ut contigit hoc nostro labente sæculo, quo electus fuit a S. M. Clemente PP.XI. Pro-Vicarius Nicolaus Card.Caraccioli, Archiepiscopus Capuanus post obitum ejusdem Card. Carpinei: qui quidem Pro-Vicarii gaudere solent omni jure, omnibusque facultatibus ipsi Card. Vicario competentibus.

Antiquitus Papæ in Urbe Vicarius multoties erat insignitus Cardinalatus dignitate, ut patet ex literis in quodam lapide Altaris in Ecclesia Diaconali S. Adriani, insculptis, ut animadvertit Franciscus de Pavinis S. Palatii Apost. Auditor: *De Officio, et Potestate Capituli Sede vacante* Quæst. X. in To. XIII. Part. II. *Tract. Magn.* pag. 430. num. 39. Atque id manifestum fit ex ipsa nostra chronologica serie, in qua plurimi antiquis temporibus fuere ex numero S. R. E. Cardinalium. At plerumque erat Episcopus, et præsidebat alicui Ecclesiæ in Italia, vel Episcopus, aut Archiepiscopus Titularis; quandoque etiam neque ulli Ecclesiæ addictus Episcopus, neque charactere Episcopali insignitus, sicuti fuerunt Joannes Abbas S. Pauli extra Urbem, Vicarius Bonifacii PP.IX.: Franciscus Abbas S.Martini Viterbii, et Petrus Saccus Canonicus Basilicæ Vaticanæ Joannis PP. XXIII.: et alii duo, quorum nomina à nobis ignorantur, alter Julii II. ut conferenti hanc eamdem nostram seriem patebit. Ur-

Urbana hæc Vicaria opera anteactis sæculis, ut ex Literis Apostolicis Deputationis constat in perpetuum, et ad vitam Vicarii impendebatur, aliquando vero tantum erat temporaria, et instabilis, quoniam alicui Episcopo ad nutum admovibili committi solebat à Pontifice cum aliquibus facultatibus ad sui beneplacitum, tam quoad jurisdictionem, tam quoad ordines conferendos; Sed Paulus IV. hoc munus primus constituit Cardinalitia dignitate, auctum vita ejus naturale durante, ut adnotat Jacobus Cohellius: in *Notitia Cardinalatus* Cap. 55. et refert Odericus Raynaldus ad An. 1558. in *Annal. Ecclesiast.*, et adlegit Card. Virgilium Rosarium Spoletanum, Presbyterum S. R. E. tit. S. Simeonis, qui primus Cardinalis fuit, cui perpetuò collatus fuit Urbis Vicariatus.

Est autem Vicarius ex Constitutione Innocentii PP. XI. 28. Junii 1689. (qua confirmantur, et extenduntur Decreta Congregationis Reformationis Tribunalium, et quæ incipit: *Decet Romanum Pontificem etc.*) *Secundus Judex Ordinarius* Urbis, et Romanæ Curiæ; atque in Romana Urbe, ejusque Territorio dicitur Ordinarius, eumque venire sub legibus, aliisque decretis loquentibus de Ordinario loci, tradit Scaccia: *de Judiciis* Lib. I. cap. 25. num. 1. et Rota in *Romana Hæreditatis* 28. Aprilis 1659. coram Meltio: ibique Papæ personam repræsentat, cujus vices ibidem agit, non ut Papæ, sed ut Romani Episcopi cum plena, omnimoda, ordinariaque Jurisdictione Episcopali exercenda tam præsente, quam absente Papa, ut cum aliis Doctoribus animadvertunt Card. De Luca in *Relatione Curiæ Rom.* Disc. XIII. num. 5. et Lib. 3. *de Jurisdict.* Disc. 34. n. 10. et de *Judiciis* Disc. III. num. 13. et Emmanuel Gonzalez: in *Commentariis in Libros Decret.* Tit. XXVIII. cap. 5. *Sua nobis*. Atque in alma Urbe est Judex Ordinarius Hebræorum, et inhonestè viventium; multasque causas iudicat, præsertim Usuræ, Matrimoniales, Hospitalia, Sodalitates; punit Perjuros, et Blasphemos; et habet jurisdictionem in Urbe super omnes Ecclesias exemptas, et non exemptas, atque super earum personas. Hoc Vicariatus officium, cui conjunctæ, et concessæ sunt à Pontifice nonnullæ facultates, quæ generali sub deputatione non comprehenderentur, habet amplissimam in Urbe potestatem, cujus Tribunal cum adjunctis Prælatis, et Ministris meritò vocatur: *Magistratus magnus*: *Supremus Magistratus Principis*, ut animadvertunt Card. de Luca: *Il Vescovo Prattico* Cap. XXVIII. num. 19. et Jo. Dominicus Raynaldus:

Observation. Criminal. To. IV. Suppl. 4. in *Præmio* num. 42. Amplior est ejus potestas ea, qua cujusque Episcopi Vicarius Generalis pollet : Æquum enim erat, ut Supremæ Cathedræ Vicarius à ceteris inferiorum Episcoporum quoquo modo discriminaretur, imo majorem haberet potestatem, et omnia exequi posset, quæ Episcopi in suis Diœcesibus ; Præclarum exercet officium in Urbe, in qua adsunt ipsa familia Papæ, Amplissimi S. R. E. Cardinales, Oratores Regum, et Rempublicarum, Principes quamplurimi, atque tot viri illustres cum ecclesiastici, tum sæculares.

Ejus jurisdictio ex sententia Card. Petra in *Comment. ad Const. Apost.* To. V. *Const. I.* num. 75. complectitur Urbem, ejusque Suburbia, et Districtum ad Quadragesimum ab ea lapidem protensum, in cujus finibus cum concludantur plures Episcopatus, quorum Sex Cardinalitii, vulgo : *Suburbicarii*, in his quoque jurisdictionem olim exercebat ; atque est ordinaria, ac etiam Apostolica Sede Vacante in suo vigore, et amplitudine perseverat. Hic Urbis Districtus, cui imperat Card. Vicarius considerari potest, tamquam Territorium Episcopi Romani antiquitùs constitutum, qui nuncupari posset Diœcesis Cardinalis Urbis Vicarii, ut in deputationibus antiquis Vicariorum Urbis exprimitur. De hac jurisdictione observanda sunt disposita à S. M. Benedicto XIV. in Constitutionibus XV. Februar. 1742. *Quantum etc.* §. 4. et 22. XXI. Decembris 1744. incipien. *Romanæ Curiæ etc.* XVI. Decembris 1747. incipien. *Rerum humanarum etc.* ac *de Synodo Diœcesana* Lib. II. cap. 3. atque legendi sunt auctores *Bullarii Vaticani*, Tribus Tomis comprehensi pluribus in locis, et Card. de Luca : in *Relatione Curiæ Rom.* Disc. II. num. 8. et 9., et Disc. XIII. num. 7.

Gaudet quoque pluribus prærogativis, quas Vicarii Generales Episcoporum non habent, ac inter ceteras jus illi est, pro libito posse Romani Cleri inferioris Ordinis Diœcesanam Synodum cogere, ac celebrare, ut constat ex Constitutione Pauli III. edita die 13. Octobris 1535. et in alia III. Novembris 1542. data pro Deputatione Vicarii Urbis in persona Philippi Archinti, Episcopi Burgi Sancti Sepulchri. Quo jure celebrandi Synodos, quandoque Urbis Vicarii usi sunt, ut apparet ex Codice M. S. in 4. Bibliothecæ Casanatensis, quem diligenter inspeximus, adnotato Litt. G. v. 1. ex quo constat Annis 1384., et 1392. in Æde Sacra Monasterii Dominæ Rosæ, et in Ecclesia S. Laurentii in Damaso, atque Anno 1461. in Æde S. Eu-

S. Eustachii accedente universi Cleri Romani illic synodaliter congregati consensu à Vicariis Urbis nonnullas Sanctiones promulgatas fuisse, quas in vera Diœcesana Synodo fuisse conditas ambigendum non est, et quas ibidem legendas propono; et quamvis hac facultate usi non sint à tribus, et amplius sæculis Urbis Vicarii, nullus dubitat, posse nunc eam validè exercere. Vide S. M. Benedictum XIV. *de Synodo Diœcesana* Lib. II. Cap. 3. num. 3. et 4. Ex doctrina Jo. Francisci de Pavinis S. Palatii Apostolici Audit. *de Officio, et potestate Capituli Sede vacante* To. XIII. Part. II. Tract. Mag. pag. 430. num. 40. habet quoque potestatem, et jurisdictionem ordinariam in Scholares, et Studentes Urbis adinstar aliorum Prælatorum Ordinariorum in aliis Universitatibus, etiam quando Scholares Clerici homicidium in Urbe perpetrarent per Extravag. Bonifacii VIII. incip. *In Supremæ præeminentiæ dignitatis etc.* Et anteactis Sæculis præerat Archigymnasio Romano cum Titulo Rectoris, et Scholis almæ Urbis: et manifestum fit ex hac nostra Vicariorum Serie ad Annum 1303. quo Bonifacius PP. VIII. dat facultatem Vicario Urbis procedi contra Clericos studentes in Archigymnasio Romano, et ad Annum 1318. quo Joannes XXII. Angelo de Tineosis Episcopo Viterbiensi, et Vicario in Urbe tribuit facultatem Laureandi, et Examinandi Studentes ejusdem Archigymnasii.

Insuper in Ecclesiis Urbis Titularibus S. R. E. Cardinalium Presbyterorum, et Diaconorum, vacantibus Titulo, et Diaconia, ne ipsæ Ecclesiæ *spiritualibus, et temporalibus subjiciantur incommodis, sed gubernatoris diligentia providè earum consulatur utilitatibus* exercet Urbis Vicarius *gubernationem, et administrationem* cum in spiritualibus, tum in temporalibus ex dispositione Eugenii PP. IV. in Constitutione Data Romæ Kal. Februarii Anno 1431. primùm typis edita a P. Ubaldo Giraldi Scolar. Piarum in To. I. Operis, cui titulus: *Expositio Iuris Pontificii* pag. 126. Romæ 1769. fol.

Alia quoque prærogativa elapsis sæculis gaudebat, ut Regi alicui Romam venienti ipse stipatus à toto Romano Clero Crucem deosculandam offerret ad gradus Basilicæ S. Petri, ut observat Josephus Catalanus To. III. pag. 240. *Pontificalis Romani Comment. illustrati.*

Card. Vicarius interesse solet pluribus S. R. E. Cardinalium Congregationibus, et in primis decet, quod intersit Congregationi Universalis, et Supremæ Inquisitionis, in qua plu-

rimæ

rimæ aguntur causæ maximam connexionem habentes cum ejus Vicarii Urbani munere, ut potè qui præ ceteris in Urbe edoctus est de rebus ad mores pertinentibus; et cum non habeat diem præfinitam pro Audientia SS. D. Nostri PP., Feria V. post dictam Congregationem, quæ fieri solet coram eodem Smo, primus admittitur ad dictam Audientiam: Congregationi S. Visitationis Apostolicæ, cujus Decretorum omnium ipse Executor est cum ejus Vicesgerente, et Cancellarius, Secretarius sui Tribunalis, ut adnotat Card. de Luca: in *Relatione Curiæ Rom.* Disc. XIII. num. 2.: Congregationi Indicis Librorum Prohibitorum, quorum *Imprimatur* in Urbe una cum Rmo P. Magistro S. Palatii Apost. concedit, quare necessarium esse videtur, ut ipse sciat, quæ ibidem decernuntur, ut ea exequatur; atque interesse quoque solet Congregationi Indulgentiarum, cujus Decreta recognoscit, nec non SS. Reliquiarum, quarum custodiam habet, et confirmationem impertire solet.

Est Præfectus S. Congregationis *Super Residentiam Episcoporum*, et omnia Decreta super vacationem a residendo prævio causarum examine, omnibusque Indultis de non residendo post Pontificium assensum in consueta Audientia SSmi reportatum à Secretario S. Congregationis Concilii subscribit ex Constitutione S. M. Benedicti XIV. expedita die 3. Septembris 1746. quæ incipit: *Ad universæ etc.* et tamquam Præfectus hujus Congregationis Episcopis recens promotis juxta causarum contingentiam mensem indultum ab Urbano PP. VIII. commorandi post eorum ordinationem in Curia, quo elapso ad proprias Ecclesias se conferre deberent, et computandum à Die eorum Propositionis factæ in Consistorio, potest ex causa legitima prorogare ad Quadraginta dies, et ultra ex Decreto S. M. Benedicti XIII. in Concilio Romano Anno 1725. Tit. XVII. Cap. II. *de Clericis non residentibus.*

Habet quoque ex Decreto Urbani PP. VIII. 28. Novembris 1633. curam Sex Ecclesiarum Suburbicariarum Cardinalibus Episcopis absentibus, vel aliàs impeditis; quia cum Diœceses talium Episcopatuum, teste Card. Petra To. V. *Comment. Const. Apost. Constitutione I.* Pauli PP. II. sint sub quadam habituali jurisdictione Episcopi Romani, qui illic aliqua sibi tamquam Episcopo Urbis jura immediata reservat in signum antiquæ subjectionis, dictam curam commendat suo Vicario, ut potè, qui ob vicinitatem Urbis commodè invigilare potest, et invigilat in illis Ecclesiis, in quibus cumulativam, quoad causas

sas spirituales, et jus easdem cognoscendi in gradu recursus habet, et exercet quoque quamdam ordinariam jurisdictionem in certis casibus. Legatur eruditissima observatio Card. Francisci Brancacci in Dissertatione: *De Optione Sex Episcopatuum S. R. E. Cardinalium*, edita Romæ 1672. in 4. pagg. 45. et 67. ubi dictum Decretum Urbani VIII. an. 1633. integrum refert, et Opusculum P. Andreæ Hieronymi Andreucci S. J. in *Hierarchia Ecclesiastica*, cui titulus est: *De Episcopis Suburbicariis*. Romæ 1769. in 4. Cap. II. num. 5. pag. 174. Vide quoque Card. de Luca: *Relat. Curiæ* Disc. XIII. num. 6.

Alia jura, et prærogativas Card. Urbis Vicarii enumerare, et enucleare hoc loco mihi non videtur, in immensum enim hæc nostra Prælusio excresceret: eas omnes explicatas legere potes, Lector erudite, præsertim apud Card. Petra To. V. *Commentarior. Constit. Apostol.*, apud S. M. Benedictum XIV. *De Synodo Diœcesano* Lib. II. Cap. 3. apud Romualdum Honorante; in *Praxi Secretariæ Tribunalis Card. UrbisVicarii*, Editionis Secundæ Romanæ 1762. in 4. et apud Bibliothecam P. Lucii Ferrari Verbo: *Vicarius Urbis*. Editionis Rom. Jo. Zempel in Fol. 1789. To. VIII. Hic pro coronide satis erit indicare: cum tantum Episcopi erant Vicarii Urbis, et nondum in sacrum Cardinalium Collegium cooptati, etsi Pontificis Maximi personam referrent, supra Urbis Gubernatorem, et Auditorem Cameræ nequaquam eminebant; at nostra tempestate Cardinalitia dignitate donati Gubernatori Urbis, et Auditori Apostolicæ Cameræ, aliisque Prælatis, et Judicibus omnium Tribunalium loco, et honore præstant. Demum animadverto quoque, Cardinalem Vicarium, esse organum Papæ in iis, quæ gerit, uti Episcopus Urbis, atque ejus vivæ vocis oraculum habet, eique creditur, quemadmodum Vicesgerenti, uni ex ejus ministris, cum quo unum facit Tribunal, ut observant Card. de Luca de *Regularibus* Disc. 32. num. 11. et in *Relatione Curiæ* Disc. IV. num. 8. et Disc. XIII. num. 2. et Card. Petra To. V. *Comment. ad Constit. Apostol. Constitutione Prima* Pauli PP. II. num. 93.

Estque Judex Ordinarius, et peculiaris in causis recursuum Alimentorum ad instantiam pauperum personarum utriusque sexus, præstandorum ab eorum propinquis, et consanguineis proximioribus, cum facultate expediendi manus regias privativè contra eos, qui renuunt irrationabiliter ea suppeditare eisdem parentibus indigentibus juxta Chirographa

pha rec. mem. Clementis PP. XIV. Die 5. Augusti 1769. et die 7. Martii 1772. edita in hac nostra Appendice Pag. 76. Numer. 7. Postremò gratum vulgò fore existimo, exhibere in calce operis *Bullam* sub Plumbo, *Literas* in forma Brevis, et *Chirographa*, quibus Emus, et Rmus D. D. Julius Card. della Somaglia à SS. D. N. PIO PP. VI. Urbis, Suburbiorum, et Districtus Vicarius in Spiritualibus Generalis, Romanæque Curiæ Judex Ordinarius constituitur cum Privilegiis, Facultatibus, Præminentiis, Jurisdictionibus ad ejus Officium pertinentibus.

Interim, Lector humanissime, hac opella fruere, ex probatis, locupletibusque auctoribus excerpta, candidoque animi judicio, non alienæ voluntatis arbitrio scripta; et si quid erroris in ea irrepsisse cognoveris, corrigas obsecro. Vale. Dabam Romæ IV. Idus Martii Festo die B. Magno Gregorio Papæ. Anno a Christo Nato MDCCXCVII.

IN-

INDEX CHRONOLOGICUS
VICARIORUM URBIS
MAXX. PONTIFICUM ROMM.

ANNI CHRISTI			Pag.
		SUB S. PETRO PP.	
12. *Junii*	56.	S. Linus Volaterranus	1.
22. *Junii*	56.	S. Cletus Romanus	2.
.... *Julii*	64.	S. Clemens Romanus	2.
		SUB S. CLETO PP.	
..... *circa*	87.	S. Anacletus Atheniensis	3.
		SUB S. ANACLETO PP.	
25. *Martii*	95.	S. Evaristus Bethlemita	3.
		SUB S. EVARISTO PP.	
27. *Septembris*	106.	S. Alexander Romanus	3.
		SUB S. ALEXANDRO PP. I.	
14. *Decembris*	116.	S. Sixtus Romanus	4.
		SUB S. SIXTO PP. I.	
16. *Septembris*	126.	S. Telesphorus Thuriensis	4.
		SUB S. TELESPHORO PP.	
30. *Septembris*	137.	S. Hyginus Atheniensis	4.
		SUB S. HYGINO PP.	
10. *Aprilis*	141.	S. Pius Aquilejensis	5.
15. *Decembris*	149.	S. Anicetus Syrus	5.
		SUB S. PIO PP. I.	
.....		S. Anicetus Syrus	5.
		SUB S. ANICETO PP.	
1. *Januarii*	161.	S. Soter Campanus	5.
		SUB S. SOTERE PP.	
22. *Januarii*	170.	S. Eleutherius Græcus	5.
		SUB S. VICTORE PP.	
..... *circa*	185.	Cajus Romanus Presbyter	6.

ANNI CHRISTI		SUB S. ZEPHERINO PP.	
. . . . .	=	Cajus Romanus Presbyter	*Pag.* 6.
29. *Julii*	217. =	S. Callistus Romanus	6.
		SUB S. CALLISTO PP.	
10. *Junii*	221. =	S. Urbanus Romanus	6.
		SUB S. URBANO PP. I.	
. . . . . *circa*	230. =	S. Pontianus Romanus	6.
. . . . . *circa*	232. =	S. Anterus Græcus	7.
		POST S. FABIANI PP. Martyrium	
. . . . . *circa*	249. =	Presbyteri, et Diaconi S. R. E.	7.
		SUB S. CORNELIO PP.	
30. *Novembris*	250. =	S. Lucius Romanus	7.
		SUB S. LUCIO PP.	
23. *Maii*	253. =	S. Stephanus Romanus	7.
		SUB S. STEPHANO PP.	
2. *Septembris*	255. =	S. Sixtus Atheniensis	7.
28. *Julii*	257. =	Presbyteri Tres S. R. E.	8.
		SUB S. SIXTO PP. II.	
6. *Augusti*	258. =	Presbyteri S. R. E.	8.
		SUB S. DIONYSIO PP.	
28. *Decembris*	268. =	S. Felix Romanus	8.
		SUB S. MARCELLO PP.	
23. *Maii*	308. =	S. Eusebius Græcus	8.
		SUB S. EUSEBIO PP.	
14. *Junii*	310. =	S. Melchiades Afer	9.
		SUB S. MELCHIADE PP.	
14. *Junii*	312. =	S. Silvester Romanus	9.
		SUB S. SILVESTRO PP.	
20. *Januarii*	336. =	S. Marcus Romanus	9.
		SUB LIBERIO PP.	
8. *Augusti*	355. =	S. Felix Romanus	9.
. . . . .	359. =	S. Damasus Hispanus	10.
		SUB S. DAMASO PP.	
. . . . . *circa*	374. =	S. Simplicianus Romanus	10.

ANNI CHRISTI

24. *Septembris* 383. = S. Siricius Romanus *Pag.* 10.
. . . . . =
. . . . . =
. . . . . =

SUB S. SILVERIO PP.

22. *Novembris* 537. = Vigilius Romanus 11.
. . . . . 547. = Ampliatus, Presbyter S. R. E. et Vicedominus 11.
. . . . . 547. = Valentinus, SS. Rufinæ, et Secundæ Episcopus 12.
. . . . . =
. . . . . =

SUB S. MARTINO PP. I.

10. *Augusti* 654. = S. Eugenius Romanus 12.
. . . . . =

SUB CONSTANTINO PP.

. . . . . 710. = Paulus, Diaconus Card. S. R. E. 13.
. . . . . 711. = Sergius, Ordinator S. R. E. 13.
. . . . . =
. . . . . =
. . . . . =

SUB S. GREGORIO PP. VII.

. . . . . *circa* 1075. = S. Anselmus, Episcopus Lucensis, et Card. 13.
. . . . . =

SUB PASCHALE PP. II.

. . . . . *circa* 1108. = Bonus, Episcopus Labicanus 13.
. . . . . *circa* 1111. = Jo. ex Comitibus Marsorum, Card. Ep. Tusculanus 14.
. . . . . *circa* 1118. = Petrus Romanus, Card. Episcopus Portuensis 14.

SUB GELASIO PP. II.

. . . . . *circa* 1118. = Petrus Romanus, Card. Episcopus Portuensis 14.

SUB INNOCENTIO PP. II.

. . . . . *circa* 1131. = Conradus de Suburra Romanus Ord. S. Benedicti Card. Ep. Sabinensis 14.

SUB CŒLESTINO PP. II.

. . . . . 1143. = Conradus de Suburra Romanus Ord. S. Benedicti, Episc. Sabinen. 14.

ANNI CHRISTI

SUB LUCIO PP. II.

1144. = Conradus de Suburra Romanus Ord. S. Benedicti, Card. Ep. Sabinen. *Pag.* 14.

SUB EUGENIO PP. III.

1145. = Conradus de Suburra Romanus Ord. S. Benedicti, Card. Ep. Sabinen. 14.

1150. = Ubaldus Pratensis, Episcopus Ferentinus 15.

SUB ALEXANDRO PP. III.

circa 1161. = Julius Presbyter Card. S. Marcelli, dein Ep. Prænestinus 15.

circa 1164. = Joannes Sutrinus ex Comitibus, Card. Presbyt. SS. Jo. et Pauli 15.

circa 1174. = Gualterus, Card. Episc. Albanus 16.

SUB LUCIO PP. III.

circa 1182. = Petrus Papiensis Ord. S. Benedicti, Card. Episcopus Tusculanus 16.

SUB URBANO PP. III.

1185. = Petrus Papiensis Ord. S. Benedicti, Card. Ep. Tusculanus 16.

SUB GREGORIO PP. VIII.

1187. = Petrus Papiensis Ord. S. Benedicti, Card. Ep. Tusculanus 16.

SUB CLEMENTE PP. III.

1187. = Petrus Papiensis Ord. S. Benedicti, Card. Ep. Tusculanus 16.

1189. = Octavianus de Comitibus Rom. Card. Episcopus Ostien. et Veliter. 16.

SUB CŒLESTINO PP. III.

1191. = Octavianus de Comitibus Rom. Card. Ep. Ostien. et Veliter. 16.

circa 1195. = Joannes Columna de S. Paulo Rom. Card. Ep. Sabinus 17.

SUB INNOCENTIO PP. III.

1198. = Octavianus de Comitibus Rom. Card. Ep. Ostien. et Veliter. 16.

SUB HONORIO PP. III.

1217. = Petrus Saxonis Anagninus, Card. Presbyt. S. Pudentianæ 17.

SUB

ANNI CHRISTI

SUB GREGORIO PP. IX.

. . . . . *circa* 1227. = Romanus Bonaventura Rom. Card. Ep. Portuensis *Pag.* 17.

. . . . . *circa* 1228. = Jacobus de Pecoraria Placentinus Ord. Cisterciensis, Card. Episc. Prænestinus 18.

. . . . . 1230. = Stephanus de Comitibus Rom. Card. Presbyt. S. Mariæ Transtyberim 18.

SUB INNOCENTIO PP. IV.

. . . . . 1230. = Jacobus de Pecoraria Placentinus Ord. Cisterciens. Card. Episcopus Prænestinus 18.

. . . . . 1230 = Stephanus de Comitibus Rom. Card. Præsbyt. S. Mariæ Transtyberim 18.

. . . . . *circa* 1251. = Richardus de Annibalis de Molaria Romanus, Diaconus Card. S. Angeli 19.

SUB ALEXANDRO PP. IV.

. . . . . 1260. = Fr. Thomas Fusconus de Berta Romanus Ord. Prædicat. Episcopus Senensis 19.

SUB URBANO PP. IV.

. . . . . 1262. = Fr. Jo. de Columna Romanus Ord. Prædicat. Archiepiscopus Nicosiensis 19.

SUB GREGORIO PP. X.

. . . . . 1272. = Fr. Aldobrandinus de Cavalcantibus Florent. Episc. Urbevetanus 20.

SUB NICOLAO PP. III.

. . . . . 1280. = Fr. Latinus Frangipani Malabranca Ursinus Romanus Ord. Prædicat. Card. Episc. Ostien. et Velitern. 20.

. . . . . 1280. = Jacobus Columna Rom. Card. S.R.E. 21.

SUB NICOLAO PP. IV.

. . . . . *circa* 1288. = Fr. Bartholomæus Amerinus Ord. Minor. Episc. Grossetanus 21.

. . . . . *circa* 1290. = Fr. Salvius Romanus Ord. Prædicat. Episc. Recanatensis 21.

SUB BONIFACIO PP. VIII.

. . . . . *circa* 1297. = Fr. Angelus, Episcopus Nepesinus, et Reatinus 22.

Fr. Lam-

ANNI CHRISTI
. . . . . 1298. = Fr. Lambertus Ord. Minor. Episcopus Vegliensis Pag. 22.
. . . . . 1299. = Fr. Nicolaus Martini de Albertinis ex Comitibus Pratensibus Ord. Prædicat. Episc. Spoletanus, et Card. Episc. Ostiensis 22.
. . . . . *circa* 1299. = Fr. Alemannus Ord. Minor. Archiepiscopus Arborensis, et Tyrensis 23.
. . . . . 1303. = N. N. Vicarius Urbis etc. 23.

SUB CLEMENTE PP. V.

. . . . . 1307. = Guittus de Nobilibus è Farnesio, Episcopus Urbevetanus 23.
. . . . . *circa* 1309. = Fr. Ysnardus Tacconi Papiensis Ord. Præd. Archiepiscopus Thebanus 23.
10. *Kal. Maii* 1314. = Fr. Rogeris de Casole Ord. Præd. Episcopus Senensis 24.

SUB JOANNE PP. XXII.

. . . . . *circa* 1317. = Fr. Joannes Ord. Minor. Episcopus Nepesinus 24.
. . . . . 1318. = Angelus de Tineosis Romanus, Ep. Viterbiensis 24.
. . . . . *circa* 1321. = Andreas, Episcopus Terracinensis 25.
. . . . . *circa* 1325. = M. Bertualdus Ursini Romanus, Archiepiscopus Neapolitanus 25.
. . . . . *circa* 1326. = Raymundus, Episcopus Reatinus 25.
. . . . . *circa* 1328. = Fr. Matthæus Ursini de Campo Flore Romanus, Ord. Prædicat. Card. Episc. Sabinus 26.

SUB BENEDICTO PP. XII.

. . . . . 1334. = Angelus de Tineosis Romanus, Ep. Viterbiensis 24.
. . . . . *circa* 1334. = Fr. Jo. Pagnotta Eremita Augustinianus, Episc. Anagninus 26.
XVII. Kal. Maii 1340. = Fr. Nicolaus Fucci Assisinas, Ord. Minor. Episcopus Assisiensis 27.

SUB CLEMENTE PP. VI.

. . . . . 1342. = Angelus de Tineosis Romanus, Ep. Viterbiensis 24.
. . . . . 1343. = Raymundus Civis, et Episcopus Urbevetanus 27.
. . . . . 1348. = Pontius Perotto Gallus, Episcopus Urbevetanus 27.
. . . . . *circa* 1348. = Fr. Jacobus Romanus, Ep. Capritanus 28.

An-

ANNI CHRISTI
. . . . . 1348. = Annibaldus Cajetanus de Ceccano, Archiep. Neapolitan. Card. Episc. Tusculanus *Pag.* 28.
. . . . . 1350. = Petrus de Cyriaco Gallus, Card. Presbyt. S. Grisogoni 28.
. . . . . 1350. = Guido de Bolonia Gallus, Card. Presbyt. S. Cæciliæ 29.

SUB INNOCENTIO PP. VI.

. . . . . 1352. = Fr. Jacobus Romanus, Episcopus Capritanus 28.

SUB URBANO PP. V.

. . . . . 1362. = Fr. Jacobus Romanus, Episcopus Capritanus 28.
. . . . . 1363. = Joannes Episcopus Urbevetanus 29.
. . . . . 1364. = Jacobus de Militibus Romanus, Episcopus Aretinus 29.
. . . . . 1365. = Petrus Boerius Gallus Ord. S. Benedicti Episc. Urbevetanus 30.

SUB GREGORIO PP. XI.

. . . . . 1370. = Jacobus de Militibus Romanus, Ep. Aretinus 29.
. . . . . 1372. = Jacobus Mutus de Papazurris Romanus, Episcopus Spoletanus 30.
. . . . . 1375. = Lucas Rodulfuccius de Gentilibus Camers, Episcopus Nucerinus, Card. Presbyt. S. Sixti 31.
. . . . . *circa* 1377. = Stephanus Palosi Normanni Romanus, Episc. Tudertinus, Card. Presbyt. S. Marcelli 31.

SUB URBANO PP. VI.

. . . . . 1378. = Jacobus de Militibus Romanus, Ep. Aretinus 29.
. . . . . 1383. = Gabriel Gabrielius Civis, et Ep. Eugubinus 32.
. . . . . *circa* 1383. = Lucas Rodulfuccius de Gentilibus Camers, Episc. Nucerinus, Card. Presbyt. S. Sixti 31.
. . . . . 1384. = Stephanus Palosi Normanni Romanus, Episc. Tudertinus, Card. Presbyt. S. Marcelli 31.
. . . . . *circa* 1388. = Laurentius Ægidius Corvinus Roman. Episcopus Eugubinus, et Spoletanus 32.

SUB

ANNI CHRISTI

SUB BONIFACIO PP. IX.

. . . . . 1389. = Laurentius Ægidius Corvinus Rom. Episcopus Urbevetanus, et Spoletanus *Pag.* 32.

. . . . . *circa* 1390. = Joannes Ord. S. Benedicti, Abbas Ven. Monasterii S. Pauli extra Muros Urbis 32.

. . . . . *circa* 1391. = Franciscus Scaccanus de Nola, Ep. Nolanus 33.

. . . . . *circa* 1392. = Antonius de Archeonibus Romanus, Episc. Aquinas, et Card. Presbyt. S. Petri ad Vincula 33.

SUB INNOCENTIO PP. VII.

. . . . . 1404. = Antonius de Archeonibus Rom. Ep. Aquinas, et Card. Presbyt. S. Petri ad Vincula 33.

SUB GREGORIO PP. XII.

. . . . . *circa* 1407. = Fr. Paulus Franciscus Ord. Minor. Romanus, Episcopus Æsernien-sis, et Archiepiscopus Tessalo-nicensis 33.

. . . . . 1408. = Petrus Stephaneschi de Annibaldis de Molaria Romanus, Card. S.R.E. Diaconus 34.

SUB JOANNE PP. XXIII.

. . . . . 1410. = Petrus Stephaneschi de Annibaldis de Molaria Romanus, Card. S.R.E. Diaconus 34.

. . . . . 1411. = Jordanus Orsini Romanus, Archiepisc. Neapolitanus, et Card. S.R.E. 34.

. . . . . 1411. = Franciscus Ord. S. Benedicti, Abbas Monasterii S. Martini Diœcesis Viterbiensis 35.

. . . . . 1412. = Petrus Saccus Canonicus Basilicæ Principis Apostolorum 35.

. . . . . 1416. = Jacobus Isolani Bononiensis, Diaconus Card. S. R. E. 35.

SUB MARTINO PP. V.

. . . . . 1423. = Santes de Cave, Prænestinæ Diœcesis, Episcopus Tyburtinus 36.

SUB EUGENIO PP. IV.

. . . . . *circa* 1431. = Daniel Garivs de Scetis Tarvisinus, Episcopus Parentinus 36.

Gae-

ANNI CHRISTI

27. *Decembris* 1431. = Gaspar de Diano Civis, et Archiepiscopus Compsanus *Pag.* 36.

. . . . . 1437. = Andreas de Castro Monticulo, Civis, et Episcopus Auximanus 37.

. . . . . *circa* 1445. = Josue Mormile Neapolitanus, Episcopus Tropejensis 38.

15. *Julii* 1446. = Honufrius Franciscus de Sancto Severino Neapolitanus, Episcopus Melphiensis 38.

SUB NICOLAO PP. V.

. . . . . 1448. = Robertus Cavalcanti, Episcopus Volaterranus 38.

. . . . . 1450. = Bernardus Eroli Narniensis, Ep. Spoletanus, Presbyt. Card. S. R. E. 38.

SUB CALLISTO PP. III.

. . . . . 1455. = Bernardus Eroli Narniensis, Episcopus Spoletanus, Presbyt. Cardin. S. R. E. 38.

SUB PIO PP. II.

. . . . . 1458. = Franciscus de Lignamine Patavinus, Episc. Feltrensis, et Bellunensis. 39.

. . . . . 1462. = Joannes Neronus Florentinus, Episcopus Volaterranus 39.

SUB PAULO PP. II.

16. *Septembr.* 1464. = Dominicus de Dominicis Venetus, Episcopus Torcellanus 39.

SUB SIXTO PP. IV.

. . . . . 1471. = Dominicus de Dominicis Venetus, Episcopus Torcellanus 39.

. . . . . *circa* 1479. = Nicolaus Trivisanus Patavinus, Ep. Cenetensis 40.

SUB INNOCENTIO PP. VIII.

. . . . . 1484. = Nicolaus Trivisanus Patavinus, Ep. Cenetensis 40.

. . . . . 1486. = Jacobus Botta Papiensis, Ep. Derthonensis 40.

SUB ALEXANDRO PP. VI.

. . . . . *circa* 1496. = Jacobus Serra Hispanus, Archiepiscopus Arborensis, Card. Episcopus Albanensis, ac Prænestinus 41.


image
not
available

ANNI CHRISTI

. . . . . *circa* 1540. = Ubertus Gambara Brixiensis, Episcopus Derthonensis, Card. Presbyt. S. Grisogoni *Pag.* 46.

3. *Novembris* 1542. = Philippus Archinto Mediolanensis, Episc. Burgi S. Sepulchri, et Salutiarum 46.

. . . . . *circa* 1548. = Marcus Antonius Maffæus Rom. Canonicus Basilicæ Lateranensis, et Card. Presbyt. S. R. E. 47.

SUB JULIO PP. III.

. . . . . 1550. = Philippus Archinto Mediolan. Episc. Burgi S. Sepulchri, et Salutiarum 46.

. . . . . 1552. = Sebastianus Pighinus Regiensis, Card. Presbyt. S. Callisti 47.

. . . . . *circa* 1555. = Ludovicus Beccatelli Bononien. Archiepisc. Ragusinus 48.

SUB MARCELLO PP. II.

. . . . . 1555. = Philippus Archinto Mediolanen., Ep. Burgi S. Sepulchri, et Salutiarum 46.

SUB PAULO PP. IV.

. . . . . 1555. = Philippus Archinto Mediolanensis, Ep. Burgi S. Sepulchri, et Salutiarum, et Archiep. Mediolanensis 46.

. . . . . *circa* 1556. = Ludovicus Beccatelli Bononien. Archiepisc. Ragusinus 48.

29. *Novembris* 1558. = Virgilius Rosarius Spoletanus, Cardin. Presbyt. S. Simeonis 48.

SEDE APOSTOLICA VACANTE

16. *Novemb.* 1559. = Petrus de Petris Aretinus, Episcopus Lucerinus, Pro-Vicarius 48.

SUB PIO PP. IV.

26. *Januarii* 1560. = Jacobus Sabelli Romanus, Cardin. Episcopus Portuensis 49.

. . . . . 1561. = Sebastianus Portici Lucensis, Archiep. Ragusinus, dein Ep. Fulginatensis 50.

SUB S. PIO PP. V.

. . . . . 1566. = Jacobus Sabelli Romanus, Cardin. Episcopus Portuensis 49.

. . . . . *circa* 1569. = Joannes Oliva Perusinus, Archiepiscopus Theatinus 50.

ANNI CHRISTI

1572. = Jacobus Sabelli Rom. Card. Ep. Portuensis *Pag.* 49.

SUB SIXTO PP. V.

1585. = Jacobus Sabelli Rom. Card. Episcopus Portuensis 49.

1. *Maii* 1585. = Fr. Michael Bonelli Ord. Præd., Cardin. Alexandrinus 50.

1587. = Hieronymus Rusticucci Fanensis, Card. Episc. Portuensis 51.

SUB URBANO PP. VII.

1590. = Hieronymus Rusticucci Fanensis, Card. Episc. Portuensis 51.

SUB GREGORIO PP. XIV.

1590. = Hieronymus Rusticucci Fanensis, Card. Ep. Portuensis 51.

SUB INNOCENTIO PP. IX.

1591. = Hieronymus Rusticucci Fanensis, Card. Ep. Portuensis 51.

SUB CLEMENTE PP. VIII.

1592. = Hieronymus Rusticucci Fanensis, Card. Episc. Portuensis 51.

1603. = Camillus Burghesius Romanus, Presbyt. Card. S. Grisogoni, dein Summus Pontifex Paulus V. 51.

SUB LEONE PP. XI.

1605. = Camillus Burghesius Romanus Presbyt. Card. S. Grisogoni 51.

SUB PAULO PP. V.

29. *Maii* 1605. = Hieronymus Pamphilius Romanus, Patruus Innocentii PP. X., Card. Presbyt. S. Blasii de Annulo 51.

14. *Augusti* 1610. = Joannes Gartias Millinus Romanus, Card. Episc. Tusculanus 51.

SUB GREGORIO PP. XV.

1621. = Joannes Gartias Millinus Rom. Ep. Tusculanus 51.

SUB URBANO PP. VIII.

1623. = Joannes Gartias Millinus Rom. Ep. Tusculanus 51.

Mar-

ANNI CHRISTI			
3. *Octobris*	1629. =	Martius Ginnetti Veliternus, Card. Episc. Portuensis	*Pag.* 52.
. . . . .	1638. =	Fr. Antonius Barberini Florentinus Ord. Min. Cappuccinor., Frater Urbani PP. VIII. Card. Presbyt. S. Onuphrii, Pro-Vicarius	52.
		SUB INNOCENTIO PP. X.	
. . . . .	1644. =	Martius Ginetti Veliternus, Card. Episc. Portuensis	52.
		SUB ALEXANDRO PP. VII.	
. . . . .	1655. =	Martius Ginetti Veliternus, Card. Episc. Portuensis	52.
		SUB CLEMENTE PP. IX.	
. . . . .	1667. =	Martius Ginetti Veliternus, Card. Episc. Portuensis	52.
		SUB CLEMENTE PP. X.	
. . . . .	1670. =	Martius Ginetti Veliternus, Card. Episc. Portuensis	52.
2. *Aprilis*	1671. =	Palutius Paluzzi de Alteriis Romanus, Card. Episc. Portuensis	52.
12. *Augusti*	1671. =	Gaspar de Carpineo Romanus, Cardin. Episc. Sabinensis	53.
		SUB INNOCENTIO PP. XI.	
. . . . .	1676. =	Gaspar de Carpineo Romanus, Cardin. Ep. Sabinensis	53.
25. *Aprilis*	1682. =	Hieronymus Card. Casanate Neapolitanus, Pro-Vicarius	53.
		SUB ALEXANDRO PP. VIII.	
. . . . .	1689. =	Gaspar de Carpineo Rom., Cardin. Ep. Sabinensis	53.
		SUB INNOCENTIO PP. XII.	
. . . . .	1691. =	Gaspar de Carpineo Romanus, Cardin. Episc. Sabinensis	53.
		SUB CLEMENTE PP. XI.	
. . . . .	1700. =	Gaspar de Carpineo Romanus, Cardin. Episc. Sabinensis	53.
18. *Decembris*	1715. =	Nicolaus Caraccioli Neap. Archiep. Capuanus, Card. Presb. SS. Silvestri, et Martini, Pro-Vicarius	53. 53.

Do-

ANNI CHRISTI

9. *Novembris* 1717. = Dominicus Paracciani Rom. Presbyt. Card. S. Anasthasiæ *Pag.* 54.

SUB INNOCENTIO PP. XIII.

. . . . . 1721. = Dominicus Paracciani Rom. Cardin. Presbyt. S. Anasthasiæ 54.

11. *Maii* 1721. = Fabritius Paolucci Foroliviensis, Card. Ep. Ostiensis, et Veliternus 54.

SUB BENEDICTO PP. XIII.

. . . . . 1724. = Fabritius Paolucci Foroliviensis, Card. Episc. Ostiensis 54.

13. *Junii* 1726. = Prosperus Marefoschi Maceratensis, Card. Presbyt. S. Silvestri in Capite 54.

SUB CLEMENTE PP. XII.

. . . . . 1730. = Prosperus Marefoschi Maceratensis, Card. Presbyt. S. Silvestri in Capite 54.

29. *Februarii* 1732. = Fr. Jo. Antonius Guadagni Florentinus, Carmelita Excalceatus Episcopus Portuensis 54.

SUB BENEDICTO PP. XIV.

. . . . . 1740. = Fr. Jo. Antonius Guadagni Florentinus, Carmelita Excalceatus, Car- Episc. Portuensis 54.

SUB CLEMENTE PP. XIII.

. . . . . 1758. = Fr. Jo. Antonius Guadagni Florentinus, Carmelita Excalceatus, Cardin. Episc. Portuensis 54.

28. *Septembris* 1759. = Antonius Maria Erba Odescalchi Mediolanensis, Card. Presbyt. 55.

20. *Septembris* 1762. = Marcus Antonius Columna Rom., Card. Episcopus Prænestinus 55.

SUB CLEMENTE PP. XIV.

. . . . . 1769. = Marcus Antonius Columna Rom., Card. Episc. Prænestinus 55.

SUB SS. D. N. PIO PP. VI.

. . . . . 1775. = Marcus Antonius Columna Rom. Ep. Prænestinus 55.

8. *Decembris* 1793. = Andreas Corsini Romanus, Cardin. Episcopus Sabinensis 55.

22. *Septembris* 1795. = Julius Maria de Somalia, Placentinus Card. Presbyt. S. Sabinæ 55.

JU-

JUDICIUM
CLARISS. VIRI,
ET
AUCTORITATES
CENSORUM.

UT Reverendissimi Patris Fr. Thomæ Vincentii Pani Ord. Præd. Sacri Palatii Apostolici Magistri mandatis obsequerer: *Elenchum Chronicum Vicariorum Urbis in Spiritualibus Maximorum Pontificum Romanorum ad Julium Mariam della Somaglia Amplissimum S.R.E. Cardinalem SS.D.N. Papæ in Urbe Vicarium* à Cl.V. Hyacintho Ponzetti à sacris Domus Pontificalis maximo labore, parique diligentia confectum, eruditoque ad Lectorem Monito illustratum legi, et quidem libentissimè. Nihil enim in eo sive à Catholicis Dogmatibus, sive à rectis vitæ instituendæ præceptis alienum occurrit, et quæ narrantur gravissimo probatissimorum Scriptorum, qui summa fide indicantur, testimonio, vel certa, ab recenti memoria inter nos notitia omnino nituntur. Quapropter Elenchum ipsum ad illorum præsertim, qui ecclesiasticæ eruditionis studiosi sunt, commodum in publicam lucem edi posse censeo.

Romæ ex Cœnobio Sanctæ Mariæ supra Minervam XIV. Kal. Aprilis An. MDCCXCVII.

FR. THOMAS MARIA SOLDATI Ord. Præd. Sacræ Theologiæ Magister, Romanæ Provinciæ ejusdem Ordinis Prior Provincialis, et Studiorum Collegii Germanici de Urbe Præfectus.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro.

Franciscus Xaverius Passeri Archiep. Larissen. Vicesgerens.

IMPRIMATUR,

FR. THOMAS VINCENTIUS PANI Ord. Prædicatorum Sacri Palatii Apostolici Magister.

VICARII URBIS IN SPIRITUALIBUS

MAXX. PONTIFICUM ROMANORUM.

ANNI CHRISTI

Ex Chronologia C. V. Francisci Blanchini.

S. LINUS Volaterranus, ordinatur Episcopus una cum S. Cleto a S. Petro, ut ministerium Sacerdotale exerceret, *Vicariamque potestatem* in Urbe administraret vice Principis Apostolorum absentis, provincias occidentales longinquas visitantis et Episcopos per Civitates instituentis, vel eidem in Urbe præsenti, ut opitularetur, et eum adjuvaret in munere Pontificali. Post S. Petri Martyrium Romanus Pontifex à Clero eligitur.

12. Junii 56.

Franciscus Blanchini Tomo II. Anastasii Bibliothecarii: in Chronologia ad annum 57. pag. CLXXIV.; In Notis Historicis ad Vitam S. Petri pagg. 15. 16.; & 18., In Notis Chronologicis ad Vitam S. Lini pagg. 26. et 27.; In Notis Chronol. ad Vitam S. Cleti pag. 34.; Et in Notis Chronol. ad Vitam S. Evaristi pag. 75. quibus in locis Clariss. Vir probat: S. Petrum ordinavisse in Episcopum Linum, et Cletum, *ut possent in officio Sacerdotali implendo eum juvare*.

Joannes Vignoli Tom. I. Libri Pontificalis: in Notis ad Vitam S. Petri Num. III.; In Vita S. Lini Nota I.; in Vita S. Clementis Nota III.; et in Vita S. Pii PP. I. Nota II.

S. Epiphanius: Hæresi XXVII. cap. 6.

Anastasius Bibliothecarius: in Vita S. Clementis Sect. 4. Edit. Blanchinianæ.

Card. Cæsar Baronius: in Annalibus Ecclesiasticis ad An. 69. num. XLIII.

P. Alphonsus Ciacconius Ord. Præd.: In Vitis S. Petri, et S. Lini.

Ferdinandus Ughellius; To. I. Italiæ Sacræ in Vita S. Cleti.

P. Gothefridus Henschenius S. J. To. I. Aprilis in Diatriba in Catalogos Romanorum Pontificum pag. 1. num. 2.

P. Daniel Papebrochius S. J.: in Conatu Chronico Historico, in S. Petro num. 31. Dissertatione I.

P. Antonius Pagi: in Critica in Annales Card. Baronii ad An. 67. num. XXI., Et in Breviario Historico Rom. Pontificum in Vita S. Lini.

PP. Bollandiani S. J.: ad Diem 26. Aprilis pag. 411., et ad

ANNI CHRISTI 56.

Diem 23. Septembris To. VI. Septemb., quorum est assertio: *S. Linum fuisse consecratum Episcopum à S. Petro, ejusque VICARIUM constitutum sub ejus auctoritate ministerium episcopale Romæ gessisse annis Novem usque ad ejusdem Sancti Petri Martyrium.*

Joannes Canonicus Marangoni: in Chronologia Romm. Pontificum superstite in Pariete Australi Basilicæ S. Pauli, in Animadversionibus Cap. VI. pag. 24. Romæ 1751. fol.

22. Junii 56.

S. CLETUS Romanus, ordinatus Episcopus a S. Petro, cujus in Urbe *Coadjutor* fuit, atque *Vicarius*, post Linum Summus Pontifex creatur.

Franciscus Blanchini To. II. Anastasii Biblioth. in Notis Chron. ad ejus Vitam pag. 34., et in Notis historicis pagg. 36., et 40.; In Notis Chronol. ad Vitam S. Lini pagg. 26,, et 27.; In Notis Chron. ad Vitam S. Clementis pag. 53., et In Notis Chron. ad Vitam S. Evaristi pag. 75.

Joannes Vignoli in Notis ad Vitam S. Petri num. III. Libri Pontificalis: In Vita S. Lini Nota I.; et in Vita S. Clementis num. III.

S. Epiphanius Hæresi XXVII. cap. 6.

Anastasius Bibliot. in S. Clemente Sectione 4. Edit. Blanchinianæ.

Card. Baronius: ad An. 69. num. XLIII.

Alphonsus Ciacconius: in Vita S. Lini.

D. Ferdinandus Ughellius: To. I. Italiæ sacræ in ejus Vita.

PP. Bollandiani S. J., in ejus Vita ad diem 26. Aprilis To. III. Aprilis pag. 411.

P. Daniel Papebrochius; in Conatu Chron. Hist. Rom. Pont. Dissertat. IV.; et in ejus Vita.

P. Antonius Pagi: in Critica Annal. Card. Baronii ad An. 67. num. XXI.

Joannes Marangoni: in Thesauro Parochorum To. I. pag. 133., et in citata Chronologia Romanorum Pontificum superstite in pariete australi Basilicæ S. Pauli Cap. VI. pag. 24.

. . . Julii 64.

S. CLEMENS Romanus, post reditum Principis Apostolorum ad Urbem ex occidentali itinere, et ex Britannia, Nerone in Christianos sæviente paulo ante suum martyrium ordinatur Episcopus a S. Petro, qui Successorem eum eligendum commendavit Ecclesiæ, etiamsi Linus, et Cletus Vicariatu jam perfuncti adhuc essent superstites: prima enim illa ætas Ecclesiæ Romanæ fovenda erat institutis Virorum Apostolicorum, qui plurimum consuevissent cum Petro sedis illius fundatore: *Vica-*

Vicariatu quoque *Romanæ Urbis* functus, creatur Summus Pontifex. ANNI CHRISTI 64.

Franciscus Blanchini Tomo II. Anastasii Biblioth. in Chronologia ad Annum 64. pag. CLXXVI., In Notis Chronol. ad Vitam S. Petri pag. 15.; In Notis Histor. ad ejusdem S. Clementis Vitam pagg. 54., et 55. In Notis Chronol. ad Vitam S. Cleti pag. 34.; Et in Notis Chronol. ad Vitam S. Evaristi pagg. 75. et 76.
S. Epiphanius: ad Hæresim 27. cap. 6.
Card. Baronius: ad An. 69. num. XLIII.
Anastasius Biblioth.: in Vita S. Clementis Sect. 4. edit. Blanch.
P. Daniel Papebrochius: in Conat. Chron. Hist. ad Catal. Pontificum Rom. Diss. IV.
P. Antonius Pagi: in Crit. ad Annal. Card. Baronii.

S. ANACLETUS Atheniensis, *Vicarius* S. Cleti, deinde creatur Romanus Pontifex. ..... circa 87.

P. Daniel Papebrochius: in Conat. Chron. Hist. ad Cat. Pont. Rom. in Vita S. Anacleti, et S. Cleti PP.
PP. Bollandiani: in Vita S. Cleti ad diem 26. Aprilis num. 8. pag. 410.

S. EVARISTUS Bethlemita, *Vicarius* S. Anacleti PP., a quo ordinatur Episcopus, vicaria potestate auctus, ut quodam pastorali tyrocinio jam exercitatum ad pascendum totius Ecclesiæ gregem ostenderet Romano Clero expeditè eligendum illis difficillimis temporibus, a quo deinde communibus votis Summus Pontifex declaratur. 25. Martii 95.

Franciscus Blanchini: To. II. Anast. Biblioth. in Chronologia ad An. 95. pag. CLXXXI., et in Notis Chron. ad Vitam S. Evaristi pagg. 76. et 77.
P. Daniel Papebrochius: in Conat. Chr. Hist. ad Cat. Rom. Pont. in Vita S. Evaristi.

S. ALEXANDER Romanus, S. R. E. Presbyter, in persecutione Trajani a S. Evaristo exemplum Principis Apostolorum, suique decessoris Anacleti sequente ordinatur Episcopus *Adjutor* suus, et *Vicarius* in Urbe, cujus dein ad Cathedram, et successionem totius Cleri suffragiis evectus fuit. 27. Septemb. 106.

Franciscus Blanchini: To. II. Anast. Bibl. in Chronologia ad

ANNI CHRISTI 106.

An. 106. pag. CLXXXII. ; et in Notis Chronol. ad Vitam ejusdem pagg. 80. et 81.

Daniel Papebrochius : in Conat. Chron. Hist. ad Cat. Pont. Rom. in Vita S. Alexandri PP.

PP. Bollandiani : ad diem 4. Aprilis To. I. April. pag. 368.

Joannes Marangoni : in Thesauro Parochorum To. I. pag. 134.

14. Decemb. 116.

S. SIXTUS Romanus, S.R.E. Presbyter, Episcopali ordinatione insignitur a S. Alexandro PP. ; Nam ingravescente Magistratuum persecutione per absentiam Trajani Imperatoris ab Urbe, Alexander PP. carceri inclusus per Aurelianum Judicem, cum prohiberetur amplius munera Pontificalia exercere, elegit suum Episcopum *Adjutorem*, et *Vicarium* Sixtum, qui deinde a Clero Romano ad Summum Pontificatum exaltatur sub Nomine ipso *Sixti* PP. I.

Franciscus Blanchini : Tom. II. Anastasii Bibl. in Chronologia pag. CLXXXIV. ; et in Vita S. Sixti pag. 89. eodem Tomo.

P. Daniel Papebrochius : in Conat. Chron. Histor. in ejus Vita.

P. Gothefridus Henschenius : To. I. Aprilis in Diatriba ad Catalogos vet. Rom. Pontificum pag. 1. num. 2.

PP. Bollandiani : ad diem VI. Aprilis To. I. Aprilis pagg. 533. et 368. in Vita S. Alexandri PP.

Jo. Marangoni : in Thesauro Parochorum To. I. pagg. 105. et 135.

16. Septemb. 126.

S. TELESPHORUS Græcus Thuriensis in magna Græcia, ordinatur Episcopus, et *Vicarius*, et *Coadjutor* nominatur a S. Sixto PP. in persecutione Hadriani Imp., postea eligitur Romanus Pontifex, et primus Martyrum dictus a S. Irenaeo ad cœlum evolavit.

Franciscus Blanchini To. II. Anastasii Bibl. in Chronol. pagin. CLXXXVI. ; et in ejus vita in Notis Chronologicis pag. 96.

P. Daniel Papebrochius : in Conat. Chron. Histor. in ejus Vita.

Jo. Marangoni : in Thesauro Paroch. To. I. pag. 105. et 135.

30. Septemb. 137.

S. HYGINUS Græcus Atheniensis, a S. Telesphoro PP. exemplo Decessorum, causa excitatæ persecutionis, martyrio proximo *Vicarius* delectus est, et ad Episcopatum promovetur, deinde Pontifex Romanus declaratus.

Fran-

ANNI CHRISTI

Franciscus Blanchini: To. II. Anastasii Bibl. in Chronologia pag. CLXXXVIII. ad Annum 137., & in Notis Chronol. ad ejus vitam pag. 106. — 137.

S. PIUS Aquilejensis, *Vicarius* S. Hygini, et Corepiscopus, eligitur Romanus Pontifex. — 10. Aprilis 141.

Franciscus Blanchini: To. II. Anast. Bibl. in Chronol. ad An. 141. pag. CLXXXVIIII.; et in Notis Chronol. ad ejus Vitam pag. 121.
Daniel Papebrochius: in Conat. Chron. Hist. in ejus vita.
Godefridus Henschenius: To. I. Aprilis in Diatriba præliminari ad Catalogos veteres Rom. Pontificum pag. r. num. 2.
PP. Bollandiani: in Vita S. Aniceti PP., & Martyris ad diem 17. Aprilis To. II. Aprilis pag. 477.
Io. Vignolius: in Libro Pontificali Nota II. ad Vitam ejusdem S. Pii.

S. ANICETUS Syrus Emisenus, Presbyter S.R.E., ordinatur *Episcopus Adjutor*, et *Vicarius* Pontificum Hygini, & Pii, deinde a Romano Clero electus Pio succedit in Pontificatu. — 15. Decemb. 149.

Franciscus Blanchini: To. II. Anast. Biblioth. in Chronol. ad Annum 149. pag. CXC.; et in Notis Chronol. ad Vitam S. Pii PP. pag. 120., et 121.
Daniel Papebrochius: in Conat. Chron. Hist. in ejus Vita.
Jo. Marangoni: To. I. Thesaur. Parochorum pag. 93.

S. SOTER Campanus ex Civitate Fundorum, *Vicarius* S. Aniceti, in cujus locum sublectus est Romanus Pontifex. — 1. Januarii 161.

Franciscus Blanchini: To. II. Anastas. Bibliot. ad Vitam S. Soteris in Notis Chronol. pagg. 132., et 134.
P. Daniel Papebrochius: in dicto Conatu Chron. Hist in ejus Vita.

S. ELEUTHERIUS Græcus Nicopolitanus, ordinatur Episcopus *Coadjutor*, et *Vicarius* in persecutione Quarta sub M. Aurelio, et L. Vero cœpta à S. Sotere in dictæ persecutionis discrimine posito satis recepta consuetudine in Urbe in persecutionibus promovendi Vicarios, ad eumdem Soterem adjuvandum, deinde creatur Pontifex in locum Soteris. — 22. Januarii 170.

Fran-

ANNI CHRISTI 170.

Franciscus Blanchini : To. II. Anastas. Bibl. in Chronologia ad An. 170. pag. CXIII. , in Notis Chronol. pag. 138. ; et in Notis Historicis ad ejus Vitam pag. 142.

circa 185.

CAJUS *doctissimus* , et *clarissimus* S. R. E. Presbyter , Pontificibus Victore , et Zepherino ordinatur Episcopus Gentium, ut in aliqua natione eo officio fungeretur, isque in Urbe retentus per aliquot menses ad *Vicarii muneris* officia Episcopalia implenda , donec daretur opportunitas expeditionis .

Thomassinus : de vet. et Nova Eccl. Disciplina P. I. Lib. I. cap. 54. num. VIII.
Franciscus Blanchini : To. II. Anast. Bibliot. in Notis historicis ad Vitam S. Eleutheri PP. pag. 142. ; et in Notis hist. ad Vitam S. Victoris PP. pag. 163.

29. Julii 217.

S. CALLISTUS Romanus , S. R. E. Presbyter , ordinatur Episcopus , et a S. Zephirino PP. in carcere detento ante ejus Martyrium *Vicarius* , et *Coadjutor* declaratur , atque eidem succedit in Pontificatu .

P. Daniel Papebrochius : in Conat. Chron. Histor. in ejus Vita pag. 14.
Gothefridus Henschenius : in Apparatu ad Chronolog. Pontificum Rom.
Franciscus Blanchini : To. II. Anastas. Bibliot. pag. 215.

10. Junii 221.

S. URBANUS Romanus , promovetur ad Episcopatum , et a Callisto in carcere incluso , priusquam martyrio coronaretur destinatur ad *Vicariam potestatem* agendam in Urbe vice ejus , Apostolicum thronum deinde implevit a Clero Romano electus Callisti successor .

Franciscus Blanchini : To. II. Anast. Bibl. in Chronologia pag. CCII. ad Annum 221., et in Notis Chronol. ad Vitam S. Urbani pag. 178.
Bollandiani Tomo VI. Maii ad diem 25.
Daniel Papebrochius : in Conat. Cron. Hist. num. XVIII. pagin. 25. in ejus Vita .

circa 230.

S. PONTIANUS Romanus , *Vicarius* S. Urbani PP. , Pontifex Romanus declaratur Cleri Romani suffragiis .

Daniel Papebrochius : in Conat. Chron. Hist. in ejus vita .

S.AN.

S. ANTERUS Græcus, *Vicarius* S. Urbani PP., postea Ecclesiæ Romanæ Cleri Rom. votis suscepit administrationem. — ANNI CHRISTI ..... circa 232.

Daniel Papebrochius: in Conatu Chron. Hist. in ejus Vita num. 2.

PRESBYTERI, et DIACONI S. R. E. *præfuerunt Ecclesiæ* post S. Fabiani martyrium. — ..... circa 249.

Bencini: in Notis ad Vitam S. Sixti PP. I. apud Franc. Blanchini To. II. Anast. Bibliot. pag. 223.

S. LUCIUS Romanus, ordinatur Episcopus in sævissimæ persecutionis Decii in Clerum præsertim directæ discrimine a S. Cornelio PP. pulso in exilium Centumcellas, ut fidelibus Christianis proximè adesset Episcopus, qui ejus *vices impleret*, et ex proprii pastoris absentia Ecclesia Romana nihil detrimenti caperet; et martyrii palma consumpto Cornelio summus Pontifex inauguratur. — 30. Novemb. 250.

Franciscus Blanchini: To. II. Anast. Biblioth in Chronologia ad an. 250. pag. CCVIII. in Notis Chronol. et Histor. S. Cornelii PP. pagg. 202. et 205.; atque in Notis Chronologicis ad Vitam S. Lucii pag. 211.
Daniel Papebrochius: in Conat. Chron. Histor. in ejus Vita.

S. STEPHANUS Romanus, S. R. E. Archidiaconus, charactere episcopali insignitur a S. Lucio PP. coacto exulare ab Urbe in persecutione Decii, eique conceditur omnis potestas Romanæ Ecclesiæ *Vicario nomine* gubernandæ in absentia ejusdem S. Lucii, cujus in Pontificatu Successor factus est. — 23. Maii 253.

Franc. Blanchini: To. II. Anast. Biblioth. in Chronol. ad An. 253. pag. CCVIII.; et in Vita S. Lucii PP. pagg. 211. 214. et 215.; atque in Notis Chronol. ad Vitam S. Stephani PP. pagg. 214. 215. et 216.
Daniel Papebrochius: in Conat. Chron. Hist. in ejus Vita.
P. Gothefridus Henschenius: To. I. Aprilis in Diatriba ad vet. Catalogos Rom. Pontificum pag. 1. num. 2.

S. SIXTUS Græcus Atheniensis, S. R. E. Archidiaconus, ordinatur Episcopus Coadjutor Stephani PP. in persecu- — 2. Septemb. 255.

ANNI CHRISTI 255. cutione, et per ejus absentiam in exilium pulsi *Vicarius* constituitur, et Pontificalia officia celebrat in Paschate anni 256., deinde in Stephani locum successit.

Franc. Blanchini: To. II. Anast. Bibl. in Notis Chronol. ad Vitam S. Sixti pagg. 225., et seqq.; In Chronologia ad an. 255. pag. CCIX.; atque in Notis Chronol. ad Vitam S. Stephani PP. pag. 216.
Daniel Papebrochius: in Conat. Chr. Hist. in ejus vita.
Bollandiani: in Vita S. Stephani PP. ad diem 2. Aprilis.

28. Julii 257. PRESBYTERI TRES S.R.E., quibus fortasse una cum S. Sixto Archidiacono, et Vicario S. Stephanus PP. *commisit res Ecclesiæ* ante sex dies sui martyrii.

Acta Martyrii S. Stephani PP. apud Jo. Vignoli To. I. Libri Pont. in ejus Vita num. II. Nota 6. pag. 56.

6. Augusti 258. PRESBYTERI S. R. E. qui *præfuerunt Ecclesiæ* Romanæ, ejus suscepta cura cum ad Martyrium duceretur S. SIXTUS PP. II., et ejus Sede vacante usque ad diem 17. Kal. Augusti An. 259.

Francis. Blanchini: To. II. Anast. Bibl. in Chronologia ad an. 258. pag. CCIX., et in Notis Chron. ad Vitam S. Sixti pag. 225.
Jo. Vignoli: To. I. Libri Pontificalis in ejusdem vita pag. 59. num. II.
Bencini: apud Blanchini ibidem in Notis ad vitam ejusdem S. Sixti pag. 233.
Emmanuel a Schelestrate: in Antiquitat. Eccles. To. I. Dissert. II. cap. VII. pag. 205.

28. Decemb. 268. S. FELIX Romanus, Vicarius S. Dionysii PP., in cujus locum substitutus est.

Daniel Papebrochius: in Conat. Chron. in ejus Vita.

23. Maii 303. S. EUSEBIUS Græcus, insignitur Episcopali ordinatione, ut obiret episcopalia ministeria *Vicario nomine* supplens vices S. Marcelli PP. in Catabulo detenti, post cujus martyrium creatur Cleri Romani suffragiis Successor ejusdem S. Marcelli.

Franc. Blanchini: To. II. Anast. Bibl. in Chronologia ad an-

annum 308. pag. CCIX.; et in Notis Chron. ad vitam ejus pag. 269. et seq. ANNI CHRISTI 308.

S. MELCHIADES Afer, ordinatur Episcopus à S. Eusebio PP., et *Vicarius* constituitur, deinde Romanum Pontificatum iniit. 14. Junii 310.

Franc. Blanchini: To. II. Anast. Bibl. in Chronologia ad an. 310., et in Notis Chronol. ad ejus vitam pag. 272., et seq.
Daniel Papebrochius: in Conat. Chron. Hist. in ejus vita num. 2.
PP. Bollandiani: in Vita S. Eusebii PP. ad diem 26. Septembris.

S. SILVESTER Romanus, ordinatur Episcopus à S. Melchiade PP. dum Romæ adhuc sæviret persecutio sub Maxentio, atque *Coadjutor*, et *Vicarius* assumitur exemplo decessorum, et postea in locum S. Melchiadis summus Antistes inauguratur. 14. Junii 312.

Franc. Blanchini: To. II. Anast. Bibl. in Chron. ad an. 312.; et in Notis Chron. ad Vitam S. Melchiadis pag. 273., et ad Vitam S. Silvestri pagg. 281. et 282.

S. MARCUS Romanus, ordinatur Episcopus a S. Silvestro, et in ejus extrema senectute declaratur *Vicarius*, et *Adjutor*, deinde collocatur in Romana Sede ejus Successor Cleri suffragiis. 20. Januarii 336.

Franc. Blanchini: To. III. Anastas. Bibl. in Chronologia ad an. 336. pag. LX., et in Notis Chron. ad ejus Vitam pag. 2., et 3.
Bollandiani: in ejus Vita ad diem VII. Sept. num. 23.

S. FELIX Romanus, antea Archidiaconus, deinde Presbyter S. R. E. ordinatur Episcopus suasione, et consilio Liberii PP. ad *suas vices obeundas* cum ipse sub Constantio Imp. in exilium deportaretur, quod noluisset hæresi Arianæ consentire, tandem sedit in Pontificatu Romano sub nomine Felicis II. 23. Augusti 355.

Franc. Blanchini: To. III. Anast. Bibl. in Notis Chron. ad Vitam S. Liberii pag. 15.
Bollandiani: in Vita ejus ad diem 29. Julii num. 32.

ANNI CHRISTI 355.

Gothefridus Henschenius: Tom.I. Apr. in Diatriba Prælim. ad Catalogos Vet. Rom. Pontificum pag. 1. num. 2.
Daniel Papebrochius: in Conat. Chron. Hist. in ejus vita.
Jo. Vignoli: in Notis ad Vitam S. Liberii PP. num.II. 4. To. I. Libri Pontif. pag. 115.
Jo. Marangoni: in Chronologia Rom. Pontificum superstite in pariete australi Basilicæ S. Pauli in animadversionibus cap. VI. pag. 26. Romæ 1751. fol. max.
C. V. *Paulus Antonius Paoli* in opere inscripto: Di San Felice Secondo Papa, e Martire Dissertazioni etc. Roma 1790. Dissert. III. Cap. II. §. 1. et 2.

..... 359.

S. DAMASUS Hispanus, Presbyter Card. S.R.E., *Vicarius* Liberii PP. dum extra Urbem metu hæreticorum moraretur temporibus Juliani Imperatoris, deinde in ejusdem Liberii cathedram ascendit.

Franciscus Blanchini: To.III. Anast. Bibliot. in Notis Hist. ad vitam ejusdem S. Damasi pag. 33.; in Notis hist. ad vitam S. Marci pag. 3.; in Notis hist. ad Vitam Liberii pag. 16.; in Notis hist. ad Vitam S. Marcelli pag. 266.; atque etiam in Notis Chron. ad Vitam S. Marcellini pag. 259.
Acta Martyrii S. Liberii PP. apud Paulum Aringhium: Roma subterranea Lib. IV. cap. 30.
Card. Baronius: in Ann. Eccl. ad An. 359. num. 37.
Bencini: in Notis ad Vitam S. Liberii PP. eodem To. III. Anast. Bibl. pag. 14.
Jo. Marangoni: in Thesauro Paroch. To. I. pag. 139,, et in Chronologia Rom. Pontificum superstite in pariete austra li Basilicæ S. Pauli in animadvers. cap. VI. pag. 25.
Antonius Fonseca: de Basilica S. Laurentii in Damaso Cap. 2. pag. 8.

..... circa 374.

S. SIMPLICIANUS Romanæ Ecclesiæ Presbyter, a S.Damaso Institutor datus B. Ambrosio electo Episcopo Mediolanensi, et antea fortasse etiam *Urbis Vicarius* ejusdem S. Damasi Papæ.

24. Septembris 383.

S. SIRICIUS Romanus, Præsbyter S. R. E., ordinatur Episcopus a S.Damaso ejus ætatis incommodis relevandis, designaturque *Vicarius* ad supplenda officia Pontificalia; et fortasse ordinationem quoque habuit mense Decembri, quo Damasus mortalitatem explevit, ac po-

postea Cleri Romani suffragiis vocatus est ad regendam Romanam Ecclesiam * ANNI CHRISTI 383.

Franciscus Blanchini : To. III. Anastas. Biblioth. in Notis Chron. ad ejus vitam pagg. 53., et 54.

VIGILIUS Romanus, S. R. E. Archidiaconus, Agapeti PP. Constantinopoli Apocrisarius, ordinatur Episcopus, *cathedramque Romanam administravit* toto tempore exilii S.Silverii PP. pulsi astu Theodoræ, atque relegati in Insulas Pontias, et obsidionis Urbis Romæ a Vitige factæ, deinde postquam S. Silverius, fame confectus diuturnum martyrium complevit consensu, et suffragiis Cleri evasit Vigilii legitimus successor. 22. Novembris 537.

Franciscus Blanchini: To. III. Anas. Bibliot. in Notis Chron. ad vitam S. Silverii pag. 269., et in Notis Chron.; et histor. ad Vitam Vigilii pag. 276. et 277.
Daniel Papebrochius : in Conatu Chron. Hist. ad Catalogum Rom. Pont. in Vita Vigilii PP.
Alphonsus Ciaconius : in Vita Vigilii PP.

AMPLIATUS Presbyter S. R. E., et Vicedominus Vigilii PP., qui cum Byzantium proficisceretur, eum Catanæ in Sicilia Presbyterum ordinatum, Romam transmisit cum Valentino Episcopo SS. Rufinæ, et Secundæ ad custodiendum Lateranum, et *Gubernandum Clerum*. ..... 547.

Anastasius Bibliothecarius: Sectione 105. in Vita Vigilii PP. To. III. edit. Franch. Blanchini pag. 289.
Jo. Vignolius : in Notis ad eamdem Sectionem Anast. Bibliot. To. I. pag. 217.
Card. Rasponi : de Basilica, et Patriarchio Lateranen. Lib. I. cap. 4. pag. 21.
Jo. Palatius : Fasti Cardd. To. I. in Ampliato Cardinali.

(*) Post S.Siricium per amplius 250. annorum spatium nullum vestigium Urbis Vicariorum Romæ. Maxx. Pontificum reperiri potuit in monumentis Ecclesiasticis, maxima adhibita a me diligentia; nisi dicere velimus, horum munera impleta tunc temporis fuisse ab aliquo Episcopo Suburbicario, vel ab aliquo S. R. E. Cardinali, fortasse Archipresbytero, vel Archidiacono, ut probatum est in nostra Præfatione; quare ut hæc vacuitas ab aliis diligentioribus viris impleatur vehementer et opto, et rogo.

ANNI CHRISTI 547.

VALENTINUS SS. Rufinæ, et Secundæ Episcopus, Vigilium PP. Constantinopolim pergentem comitatus, et Romam una cum Ampliato S. R. E. Presbytero, et Vicedomino, de quo supra mentionem fecimus, ab eo reverti jussus, ædibus Lateranensibus attributis ad inhabitandum, et ad *gubernandum Romanum Clerum*, in Portu Romano a Totila Rege Gothorum amputatus est manibus; postea Constantinopolim properavit ad eumdem Vigilium, ibique præsens fuit condemnationi decretæ contra Theodorum Cæsareæ in Cappadocia Episcopum, et quia manibus carebat Zacchæus Scyllacensis Episcopus pro ipso subscripsit Concilio Constantinopolitano. *

Anastasius Bibl.: in Vita Vigilii Papæ Sectione 105. Tomo III.
Jo. Vignolius: in Notis ejusdem Sect. 105. Anastasii Bibl. To. III. pag. 217.
Card. Baronius: Annal. Eccles. ad An. 546.
Card. Cæsar Rasponi: de Basilica, et Patriarchio Lateran. Lib. I. Cap. 4. pag. 21.
Ughellius, et *Lucentius*: in Epp. Portuensibus.

10. Augusti 654.

S. EUGENIUS Romanus, S.R.E. Presbyter, ordinatur Episcopus *ad exercenda munera Pontificalia in Urbe* S. Martino PP. in exilium deportato ad Chersonem, atque certo nuntio de ejusdem Martini PP. obitu Romam allato, accedente totius Cleri Rom. consensu eidem successit, et legitimè sedere cœpit.

Cajetanus Cenni: in Chronologia ad an. 654. pag. CCXXVII. To. IV. Anastas. Bibl. Edit. Blanchinianæ; et in Notis Chron. ad Vitam S. Eugenii pag. 64. et 65.
Jo. Vignoli: Libri Pontificalis To. I. in Vita Martini PP. in Nota 8. pag. 264.; et in Vita Eugenii Nota 3. pag. 265.
Card. Baronius: Annal. Eccles. ad Ann. 652. num. II.; et ad an. 655. num. 655. num. VI.
Ant. Pagius: in Critica Baronii ad eumdem An. 655. num. VI.
Gothefridus Henschenius: ad To. I. Aprilis in Diatriba ad Catalogum vet. Rom. Pontificum pag. 1. num. 2.
Daniel Papebrochius: in Conat. Chron. Hist. in Vita S. Martini PP.

Bol-

(*) Hic quoque altera est lacuna tan, a me majorique investigatione centum annorum alio tempore forsi- implenda.

ANNI CHRISTI

Bollandiani: ad diem 2. Junii in Vita S. Eugenii I.
Jo. Marangoni: in Chronologia Rom. Pontificum superstite in pariete australi Basilicæ S. Pauli in animadversionibus Cap. VI. pagg. 23., et 24. 654.

PAULUS S. R. E. Diaconus Cardinalis Joannis PP. VII. Vicedominus, et *Vicarius* subrogatus in Urbe a Constantino Papa, dum Byzantium pergeret: Romæ a Joanne Patricio, et Exarcho jugulatur, quia irruenti tyranno, et jura S. Petri usurpanti ausus esset verbo resistere. * 710.

Jo. Palatius: Tom. I. Fasti Cardinalium in Joanne PP. VII.
Anastasius Bibl.: in Vita Constantini PP. num. IV. To. II. Libri Pontificalis edit. Vignoli.

SERGIUS *Ordinator* S. R. E., quo tempore Constantinus PP. precibus Justiniani junioris Imperatoris Constantinopolim proficiscebatur, Roma exiens, jugulatus fuit a Joanne Patricio, et Exarcho Romam adveniente. 711.

Anastasius Bibl.: in Vita Constantini PP. Sectione 172. To. IV. Edit. Blanchinianæ pag. 158.

S. ANSELMUS ex oppido Badagio ditionis Mediolanensis, Ord. S. Benedicti, Episcopus Lucensis, Nepos, et Card. Alexandri PP. II., fuit Confessarius Comitissæ Mathildæ: ab Henrico Imperatore de sua Sede Episcopali ejectus, renuntiatus est Pontificius *Vicarius* a Gregorio PP. VII., ad quem confugerat, et qui moriens eum dignum Pontificatu Romano asseruit. Obiit Mantuæ An. 1086. vivens, et mortuus miraculis clarus. circa 1075.

Augustinus Oldoini: in Athenæo Romano, et in Additionibus Ciaconii To. I. colum 842.
Georgius Joseph Eggs.: in Purpura docta Tom. I.

BONO Episcopus Labicanus, *Vicarius* sub Paschali II. *Ughel-* circa 1108.

(*) Post hunc, et sequentem Vicarium Tercentum Octoginta annorum Spatia decurrunt, quibus nulla Pontificis Max. in Spiritualibus Vicariorum Urbis mentio occurrit.

ANNI CHRISTI 1108.

Ughellius: in Epp. Labicanis:
Ricci: Storia di Albano pag. 200.

circa 1111.

JOANNES ex Comitibus Marsorum, Card. et Episcopus Tusculanus, fuit *Vicarius* Urbis sub eodem Paschali II.

Julius Ambrosius Lucentius: in Epp. Tusculanis.
Jo. Palatius: Fasti Cardd. To. I. in Paschale II. num. 20. pag. 80.
Ludovicus Donius d' Attichy: Flores Historiæ S. R. E. Cardd. To. I. pag. 124.
Clariss. V. *Laurentius Cardella*: Memorie Storiche de' Cardinali To. I. pag. 54.

circa 1118.

PETRUS Romanus, Archipresbyter SS. Silvestri, et Martini, Cardinalis Urbani PP. II. deinde Episcopus Portuensis, *Vicarius* Urbis sub Paschali II., et Gelasio II. Pisas, et in Gallias abeuntis, quo munere vicario dum vixit, semper est functus; suum decus fœdavit adhærendo Antipapæ Anacleto pertinacissimè usque ad ultimum spiritum.

Ughellius, *Lucentius* } in Epp. Portuensibus.
Augustinus Oldoini: in Additionibus ad Ciaconium To. I. columna 911.
Jo. Palatius: Fasti Cardd. Tom. I. in Urbano II. num. 18.
Pandulphus Pisani: in Vita Gelasii PP. II. apud Muratori Tom. 3. Script. rerum Italicar.
Constantinus Cajetani: in Vita Gelasii II. edita Romæ 1638. in 4. pag. 86.
Antonius Sandini: in Vita Nicolai II.
C. V. *Laurentius Cardella*: Memorie Storiche de' Cardinali della S. R. C. Roma 1792. To. I. pag. 62.

circa 1131.

CONRADUS DE SUBURRA Romanus, Abbas Ord. S. Benedicti, Card. Episcopus Sabinensis, Nepos ex Sorore Honorii PP. II. Post obitum ejusdem Honorii contra Anacletum Antipapam, semper Innocentii PP. II. partes sequutus est, eoque in Gallias fugiente constituitur in Palatio Lateranensi ad Cleri regimen Urbis *Vicarius*, quo munere quoque functus est sub PP. Cœlestino II., Lucio II., et Eugenio III., postea ad solium Pontificium ascendit IX. Iulii 1153. sub nomine Anastasii IV.

Card.

ANNI CHRISTI 1131.

Card. Cæsar Rasponi: de Basilica, et Patriarchio Lateranensi Lib. I. Cap. 4. pag. 21. qui his verbis de Vicariatu Conradi loquitur: *constitutum ab Innocentio II. ex Urbe egrediente ob Anacleti Antipapæ factiones in Laterano ad Cleri, et Pontificiæ ditionis regimen.*
Ferdinandus Ughellius: in Epp. Sabinensibus.
Petrus Aloysius Galletti: Del Primicerio della S.R.C. pag. 85. et 304.
Augustinus Oldoini: in Addit. ad Ciaconium To. I. colum. 965.
Sperandio: Sabina Sacra pag. 200.
Julius Ambrosius Lucentius: in Epp. Sabinis.
Horatius Piselli: Notizie di S. Maria in Monticelli pag. 29. Montefiascone 1719. in 4.
Laurentius Cardella: Memorie Storiche de' Cardinali della S. R. C. To. I. P. I. pag. 279. Roma 1792. in 8.

UBALDUS Pratensis, electus Episcopus Ferentinus ab Eugenio III. an. 1148., cujus erat familiaris, ejusdemque in Urbe *Vicarius*; functus est legatione ad Imperatorem, et anno 1159. Antipapam Victorem consecravit, et obiit an. 1161. ..... 1150.

Ughellius } in Epp. Ferentinis.
Lucentius }

JULIUS Presbyter Card. S. Marcelli creatus a Cœlestino PP. II., ad Episcopatum Prænestinum ascendit, lectus ab Hadriano II. an. 1154., fuit Legatus Apostolicus ad Regem Siciliæ, et ad Pannones, relinquitur *Vicarius* Urbis ab Alexandro III. in Gallias fugiente, fuitque immediatus antecessor Vicarii Urbis Joannis Sutrini Presbyteri Card. SS. Jo. et Pauli, et in ejus obitu, qui accidit an. 1164. populus Romanus per triduum induit se veste lugubri. ..... circa 1161.

Ughellius } in Epp. Prænestinis.
Lucentius }
Augustinus Oldoini: in Addit. ad Ciaconium T. I. colum. 1015. in Cardd. Cœlestini II.
Jo. Palatius: in Cardd. Cœlestini PP. II. num. 10.

JOANNES SUTRINUS EX COMITIBUS, Presbyter Card. SS. Jo. et Pauli creatus ab Eugenio PP. III. Archipresbyter Basilicæ Vaticanæ, fuit *Vicarius* Urbis sub Ale- ..... 1164.

ANNI CHRISTI 1164. Alexandro III., a quo Legatus missus est ad Imperatorem, et ad Orientales.

Alphonsus Ciaconius: in Cardd. Eugenii III. To. I. colum. 1046.
Julius Ambrosius Lucentius: in Episcopis Prænestinis.
Jo. Palatius: Fasti Cardd. in Cardinalibus Eugenii III.
Philippus Rondonini: de SS. Joanne, et Paulo, eorumque Basilica pag. 174.
Felix Nerini: de Templo, et Cœnobio SS. Bonifacii, et Alexii, in Appendice pag. 406. ad annum 1165.

circa 1174. GUALTERUS, sive VALTERUS, Card. Episcopus Albanensis Hadriani PP. IV.; ab Alexandro III. Gallias petente, Romæ eligitur *Vicarius*, *Apostolicusque Vicesgerens*, populoque Romano prædilectus fuit, et obiit An. 1178.

Alphonsus Ciaconius: in Cardd. Hadriani IV. colum 1069. Tomo I.
Ughellius: in Epp. Albanensibus.
Joannes Palatius: Fasti Cardd. in Cardd. Hadriani PP. IV.
Salesburiensis: Epistola 6. ad Bartholomæum Oxionensem Episcopum.
Ricci; Memorie di Albano pag. 206.

circa 1182. PETRUS Papiensis Ord. S. Benedicti, Card. Episcopus Tusculanus creatur ab Alexandro PP. III., fuit *Vicarius* Urbis sub PP. Lucio III., Urbano III., Gregorio VIII., et Clemente III.

Ughellius } in Epp. Tusculanis.
Lucentius }
Alphonsus Ciaconius: in Cardd. Alexandri III. num. XXIII. Tomo I.
Jo. Palatius: Fasti Cardd. in Cardd. Alexandri III.

1189. OCTAVIANUS de COMITIBUS Rom. affinis Innocentii III., Card. Lucii III., fuit Legatus Apostolicus in Angliam, in Galliam, in Umbriam, et in Siciliam, ex Diacono Card. SS. Sergii, et Bacchi Episcopus Ostiensis, et Velitternus, *Vicarius* Urbis sub PP. Clemente III., Cœlestino III., et Innocentio III., cujus mandato altaria nonnulla in Basilica Vaticana solemni ritu consecravit, et Obiit an. 1206.

Bul-

Bullarium Vaticanum: To. I. pag. 79. in Nota (e).
Alphonsus Ciaconius: in Cardd. Lucii III. num. IV. To. I. colum. 1115.
Bullæ, et *Epistolæ* Innocentii III. annis I. et II.
Odoricus Raynaldus: ad an. 1198. num. 19.
Jo. Palatius: in Cardd. Lucii III. num. 8.
Ughellius } in Epp. Ostiensibus, et Veliternis.
Lucentius }

ANNI CHRISTI 1189.

JOANNES COLUMNA de S. PAULO Romanus, Presbyt. Card. creatus a Cœlestino III., deinde Episcopus Sabinensis: Joannem hunc inter *Vicarios Urbis* adnumeramus sub eodem Cœlestino III., qui adeo præ ceteris eum diligebat, quod illum loco suo constituerat *ad omne officium suum exequendum*, & insuper moriturus curavit vehementer, ut Cardinales agerent de successore eligendo, atque etiam voluit, se abdicare, si Joannem sufficerent in locum suum.

. . . . . circa 1195.

Felix Contelorius: To. II. Elenchi Cardd. pag. 95.
Ughellius } in Epp. Prænestinis.
Lucentius }
Fr. Felix Matthæjus: in Sardinia Sacra in Archiepp. Arborensibus Num. XXXV. pag. 247.
Joseph Maria Suaresius: in Prænestes Antiquit. Lib. II. cap. 16.
Gallia Christiana: in Epp. Elnensibus To. VI.
Philippus Rondinini: De Basilica S. Clementis pag. 361.
Monumenta MSS. in Secretaria Tribunalis Card. Vicarii Tomo I. *Jura Vicariatus*.

12. Junii

PETRUS GAMBOA Hispanus, Episcopus Calinensis (lege *Carinulensis*, Carinola) in Campania Felice, *Vicarius Urbis* sub Alexandro PP. VI. cui erat à Sacra Confessione, quam administravit cum omnibus aliis Sacramentis eidem Pontifici morti proximo. Ipse obiit An. 1503. sub Julio II. 1501.

Ughellius: in Epp. Carinulensibus.
Class. Vir *Cajetanus Marini*: Archiatri Pontificj To. I. pagin. 244. ad Annum 1501. 12. Junii. Roma 1785. 4.°

N. N. *Vicarius* Urbis sine charactere Episcopali Julii PP. II. ..... circa 1508.

Bullarium Vaticanum: To. II. pag. 343. in Bulla ejusdem Julii Anno 1508.

PETRUS ACCOLTIUS, sive de ACCOLTIS Florentinus, Episcopus Anconitanus, et Cremonensis, et Archiepiscopus Ravennatensis, creatur Cardinalis ex ..... circa 1510.


image
not
available

VINCENTIUS Episcopus Ottocrensis, qui Anno 1519. a Leone PP. X. designatur Antistes in Romana Curia, et per tria Milliaria extra eam, ut sacros Ordines conferre possit *prævio rigoroso examine, faciendo in Camera Apostolica per Præsidentes, et Clericos non solum de moribus, idoneitate, et sufficientia, ac litteratura personæ, sed de Titulo Beneficii etc.*

ANNI CHRISTI 30. Julii 1519.

Bulla Leonis X. data 30. Julii 1519. incipien.: *Romanum Pontificem etc.* quæ extat in Archivio Vaticano, cujus Apographum prostat in Bibliotheca Vallicellana Urbis in MSS. P. Josephi Blanchini Tom. II. *Monumenta Ecclesiast.* Signato litt. S. 76.

ANDREAS JACOBATIUS Rom., dicti Jacobi Card. frater, et ipse Episcopus Nucerinus Paganorum, et Canonicus Basilicæ Vaticanæ, fuit vir doctus, et linguarum Hæbraicæ, Græcæ, et Latinæ peritissimus, et insignis pietate; *Vicariatum Generalem in Spiritualibus* exercuit sub Romm. Pontificibus Leone X. Hadriano VI., et Clemente VII. et Obiit 1524.

circa 1520.

Carolus Cartarius: in Syllabo Advocatorum Concistorialium pag. LXI. et LXII.

Prosper Mandosius: in Biblioth. Romana To. II. Centur. VII. num. 60.

Andreas Victorelli: in Addition. ad Ciaconium in Vita Card. Dominici Jacobatii To. III. colum. 383.

Decretum Confirmationis Statutorum, et Capitulorum Societatis SS. Sacramenti, erectæ in Ecclesia S. Laurentii in Damaso, factum per manum publici Notarii ab Andrea de Jacobatiis Episcopo Lucerino (lege *Nucerino Paganorum*) SS. D. N. Papæ Leonis X. in alma Urbe, ejusque Districtu in Spiritualibus *Vicario Generali* XXVI. Septembris 1521., positum in calce Statutorum hujus Archiconfraternitatis, editorum *Romæ in Ædibus Balthasaris Chartularii Anno Domini* 1541. *die* XI. *Junii* hoc titulo: *Libri delli Decreti, ovvero Constitutioni della Venerabile, e purissima Arcicompagnia del Sacratissimo Corpo di Nostro Signor Gesù Christo, situata, e fondata nella devota Chiesa di S. Lorenzo in Damaso della Città di Roma. Con li suoi privilegii, Esentioni, & Indulgentie.*


image
not
available

PAULUS ÆMILIUS CÆSIUS Romanus, Cardinalis Leonis X. deputatur a Paulo III. cum duobus aliis Cardinalibus Corrector, et Reformator morum universi Cleri Romani, obiit an. 1537.

ANNI CHRISTI ..... circa 1535.

Alphonsus Ciaconius: in Cardd. Leonis X. To.III. num.XXXII. colum. 401.
Georgeus Joseph ab Eggs: Purpura Docta Lib. IV.

JOANNES VINCENTIUS CARAFA Neapolitanus, fuit Episcopus Ariminensis, Anglonensis, Acernensis, et Anagninus, atque Archiepiscopus Neapolitanus, creatur Cardinalis a Clemente VII. Presbyt. S. Mariæ Transtyberim, ex quo titulo optavit Ecclesiam Prænestinam. Post mortem Leonis X. Sede vacante deputatur Urbis Rector, et Moderator a S.Collegio Cardinalium; in sua absentia ab Urbe Paulus III. totius Urbis administrationem sub Legati titulo ei demandavit, ipsumque suum, et S. Sedis Legatum de Latere, *in Spiritualibus*, et temporalibus *Vicarium Generalem in Urbe, ejusque Territorio, et Districtu, ac Terris, et Locis illi adjacentibus usque ad suum beneplacitum, vel ad eamdem Urbem reditum suum* constituit, et deputavit. Obiit Neapoli anno 1540.

22. Martii 1537.

Bullarium Romanum: Novæ edit. To. IV. Part. I. pag. 155.
Alphonsus Ciaconius: in Card. Clementis VII. Tom. III. columna. 489.

POMPONIUS CÆCIUS de LELLIS Romanus, Canonicus S. Joannis in Laterano, Episcopus Civitatis Castellanæ, et Hortanæ, deinde Nepesinus, creatur Card. Presbyt. S. Cyriaci a Paulo III. et *Vicarius Urbis in Spiritualibus*; obiit 3. Augusti 1542., et tumulatur in Basilica Lateranensi.

..... 1538.

Ughellius } in Epp. Civitatis Castellanæ, et Hortanæ, atque Nepesinis.
Alphonsus Ciaconius: in Cardd. Pauli III. num. XLII. To. III. colum. 679.
Lucentius: in Epp. Civitatis Castellanæ, et Hortanæ.
Monumenta MSS. in Secretaria Vicariatus.

BAR-

ANNI CHRISTI 12. Decembris 1539.

BARTHOLOMÆUS GUIDICCIONI Civis, et Episcopus Lucensis, et Aprutinus, adlectus Card. Presbyt. S. Priscæ a Paulo III.: Datarius, Signaturæ Gratiæ, et Justitiæ Præfectus, Major Poenitentiarius, et S. Rotæ Reformator, *Vicarius in Urbe* ejusdem Pauli III. Obiit an. 1549.

Alphonsus Ciaconius: in Cardd. Pauli III. numer. XXXV. To. III. colum. 670.
Ughellius } in Epp. Aprutinis.
Lucentius }
Jo. Marangoni: in Thesauro Parochorum To. I. pag. 161.
Michael Giustiniani: In Indice XIII. in calce Concilii Tridentini, editionis Romanæ 1673. in 12. pag. 470.

circa 1540.

UBERTUS GAMBARA Brixiensis, Episcopus Derthonensis, et Administrator Ecclesiæ Policastrensis, Nuntius Apostolicus in Gallia, Anglia, et in Regno Portugaliæ, creatur Card. Presbyt. Tit. S. Grisogoni a Paulo III. sub quo fuit *Vicarius in Spiritualibus* in Urbe, Obiit an. 1549.

Alphonsus Ciaconius: in Card. Pauli PP. III. numer. XXXI. To. III. colum. 666.
Ughellius: in Epp. Derthonensibus.
Georgeus Josephus ab Eggs: in Supplemento Purpuræ Doctæ pag. 303.
Nicolaus Comnenus Papadopoli: in Historia Gymnasii Patavini To. II. Lib. I. Cap. 16. pag. 55. Venetiis 1725. fol.

3. Novembris 1542.

PHILIPPUS ARCHINTO Mediolanensis, primò Episcopus Burgi S. Sepulchri, et Salutiarum, deinde Archiepiscopus Mediolanensis, et immediatus prædecessor S. Caroli Borromæi, fuit Legatus missus a Paulo III. ad Concilium Tridentinum, et ad Rempublicam Venetam, *Vicarius Urbis in Spiritualibus* Pauli III. à quo primò deputatur, Julii III. Marcelli II. et Pauli IV. Obiit Bergomi 1558. (*).

Bul.

(*) A Vicario Archinto An. MDXLV. Romæ doctus Liber vulgatus est in 8.o ut vocant, constans paginis 94. pro Institutione Populi, et Cleri Urbis hoc titulo: *Philippus Archintus Episcopus Burgi Sancti Sepulchri, ac SS.D.N. Pauli PP. III. in alma Urbe, atque ejus Districtu in Spiritualibus Vicarius.*

ANNI CHRISTI

Bulla Pauli III. Deputationis in Vicarium Urbis, et Facultatis concessæ Philippo eidem Episcopo Burgi S. Sepulchri, data III. Novembris 1542., typis impressa fuit Romæ apud Hæredes Antonii Bladi Impressores Camerales in fol. quæ edita quoque est in Nova editione Bullarii Romani To. IV. Parte I. pag. 214. et in qua *Philippus commendatur pro magnis in almæ Urbis gubernio, et Fabricæ Principis Apostolorum de Urbe negotiis, et arduis causis illi commissis.* 1542.

Idem Bullarium Romanum: To. IV. P. I. pag. 260. in Bulla Julii III. tribuentis illi jurisdictionem in causis Hæbreorum Urbis An. 1550.

Ughellius } in Epp. Burgi S. Sepulchri, et in Archiepp. Me-
} diolan.

Hieronymus Tiraboschi: Storia della Letteratura Italiana To. VII. Part. I. Lib. II. Cap. I. num. 28. Modena, Editionis II. 1791. fol.

Antonius Saxius: in Serie Archiepiscoporum Mediolan.

MARCUS ANTONIUS MAFFÆUS Romanus, Advocatus Sacri Concistorii, et Canonicus Basilicæ Lateranensis sub Paulo PP. III. *Papæ Vicarii vices gessit* admodum juvenis; deinde renunciatur Archiepiscopus Teatinus, et Legatus ad Poloniæ Regem; demum Sanctissimi Pontificis Pii V. fuit Datarius, et Presbyter Cardinalis. Obiit Romæ 1583. ..... circa 1548.

Ughellius: In Italia Sacra, in Archiepiscopis Teatinis, et in Additione ad Alphonsum Ciacconium in Vita Card. M. Antonii Maffæi Editionis II. Romanæ, et To. III. Editionis Romanæ III. colum. 1038.

Carolus Curtarius: in Syllabo Advocatorum Sacri Concistorii pag. CXXXVIII.

SEBASTIANUS PIGHINUS Regiensis, Episcopus Aliphanensis, et Archiepiscopus Sipontinus, aliarumque Ecclesiarum Administrator, S. Rotæ Auditor, Nuntius Apostolicus ad Imperatorem, et ad Concilium Tridentinum, creatur Card. Presbyt. S. Calisti à Julio III. ..... 1552.

a quo

Generalis Universis, et singulis Christifidelibus, Religiosis, Secularibusque nostræ curæ commissis salutem in Domino sempiternam. CHRISTIANUM DE FIDE, ET SACRAMENTIS EDICTUM. Romæ apud Antonium Bladum Anno à Christi Natalibus 1545. mense primo in 8.°

ANNI CHRISTI 1552. à quo deputatur, *Urbis*, et omnium Tribunalium *Vicarius*.

Augustinus Oldoini: in Athen. Rom.
Alphonsus Ciaconius: in Card. Julii III. num. XI. To. III. colum 776.

/..... circa 1555. LUDOVICUS BECCATELLI Patritius Bononiensis, Episcopus Ravelli, et Pratensis, Archiepiscopus Ragusinus, Nuntius Apostolicus in Germania, et Venetiis, et interfuit Concilio Tridentino, *Vicarius in Urbe* Julii PP. III. atque Pauli IV. Obiit Prati an. 1572.

Ughellius: in Epp. Ravellensibus.
Franciscus Pansa: Istoria dell' antica Republica di Amalfi To. II. pag. 70. Napoli 1724. in 4.
Michael Giustiniani: In Indice IV. Concilii Tridentini edit. Romanæ 1673. in 12. pag. 195.
Pellegrinus Antonius Orlandi: Scrittori Bolognesi pag. 191. Bologna 1714. in 4.
Nicolaus Comnenus Papadopoli: Historia Gymnasii Patavini To. II. Lib. 1. Cap. 22. pag. 74. Venetiis 1726. fol.
Jo. Maria Mazzucchelli: Scrittori d'Italia. Brescia in fol.

29. Novembris 1558. VIRGILIUS ROSARIUS Spoletanus, Episcopus Isclanus, creatur Card. Presbyt. S. Simeonis, *Vicarius* Pauli IV. qui die Lunæ 29. Novembris 1558. in Concistorio Secreto Decretum protulit, quo *Vicariatus Urbis* officium, et præfecturam in S. Collegium S.R.E. Cardinalium primò reduxit, primumque omnium renuntiavit Cardinalem Rosarium: Obiit Romæ X. Kal. Junii 1559. et tumulatur in Ecclesia S. Mariæ super Minervam.

Odoricus Raynaldus: Annal. Eccl. ad an. 1558. num. 24.
Bullarium Vaticanum: To. III. pag. 35. in Notis.
Alphonsus Ciaconius; in Cardd. Pauli IV. num. XII.
Jacobus Cohellius: in Notitia Cardinalatus pag. 301.
Vincentius Fontana: in Theatro Dominicano pag. 342.

16. Novembris 1559. PETRUS DE PETRIS Aretinus de Monte S. Savini, et affinis PP. Julii III. anno 1553. electus Episcopus Lucerinus Saracenorum, destinatur à Sacro Collegio S.R.E. Cardinalium, in Conclavi congregatorum Apo-

stol-

stolica Sede vacante post mortem Pauli PP. IV., ut officium Vicarii Urbis usque ad creationem novi Pontificis ita exerceat, sicut alii Vicarii à Summo Pontifice deputati exercere consueverunt, atque eidem plenam potestatem, et auctoritatem concedit. Obiit 1580. ANNI CHRISTI 1559.

Decretum MSS. Congregationis Generalis S. R. E. Cardd. sub sigillo Trium Cardinalium in Ordine Priorum, datum 16. Novembris 1559. in Monumentis MSS. Tabularii Secretariæ Tribunalis Card. Vicarii To. I. *Jura Vicariatus*.

JACOBUS SABELLI (*) Romanus, Episcopus Aprutinus, et administrator aliarum Ecclesiarum, et Archiepis- 26. Januarii 1560.

(*) Sub Card. Sabellio incipit Series Vicesgerentium Cardinalium Urbis Vicariorum, quam hic servato ordine temporum subjicimus. I. Alphonsus Maria Binarini Bononiensis, S. Rotæ Auditor, et Episcopus Reatinus, deinde Camerinensis. II. Petrus Taro. III. Vincentius Portico Lucensis, Archiepiscopus Ragusinus. IV. Alexander Frumenti. V. Julius Ricci Firmanus, Episcopus Muranensis, deinde Gravinensis, et Aprutinus. VI. Horatius Episcopus . . . . . VII. Petrus Antonius de Vicedominis Placentinus, Episcopus Abellinus. VIII. Marcus Antonius Salamonio Cremonensis, Ep. Soranus. IX. Franciscus Mandosius Romanus. X. Paulus de Curtis Neapolitanus, Circus Reg. Episcopus Ravellensis, et Æcrinensis, semel, et iterum Vicesgerens. XI. Berlingerius Gyptius Bononiensis, Ep. Ariminensis, deinde Cardinalis. XII. Cornelius Sozomenus Nicosiensis, Ep. Polensis. XIII. Cæsar Fidelis Ep. Salonitæ. XIV. Alexander Bosco Bononiensis, Ep. Carinulensis, et Hieracensis. XV. Antonius Ricciullus Roblanensis, Ep. Belcastrensis, deinde Archiepiscopus Consentinus. XVI. Antonius Torniellus Civis, et Episcopus Novariensis. XVII. Jo. Baptista Alterius Romanus, Ep. Camerinensis, dein Card. XVIII. Alphonsus Sacrati Ferrariensis, Ep. Comacliensis. XIX. Alexander Vitrice Romanus, Ep. Alatrinus. XX. Ascanius Rivaldo Referendarius V. S. XXI. Alexander Arpoli Romanus, Ep. Verulanus. XXII. Marcellus Anania Dioc. Cathacensis, Cappellanus Secretus Papæ, et Canonicus Basilicæ Liberianæ, deinde Episcopus Nepesinus. XXIII. Marcus Antonius Oddi Perusinus, Ep. Hieropolitanus, deinde Perusinus. XXIV. Octavianus Caraffa Referendarius V. S. XXV. Marcus Gallius Mediolanensis, Ep. Ariminensis. XXVI. Jacobus de Angelis, Pisanus, Archiepiscopus Urbinatensis, dein Cardinalis. XXVII. Stephanus Menatti Ep. Cyrenensis, deinde Comensis. XXVIII. Horatius Fortunati Lucanus, Ep. S. Severi, dein Neritonensis. XXIX. Sperellus Sperelli Assisiensis, Ep. Interamnensis, dein Card. XXX. Dominicus Bellisarius de Bellis Barensis, Ep. Melphitensis. XXXI. Dominicus de Zaulis Faventinus, Ep. Verulanus, dein Archiep. Theodosiæ. XXXII. Nicolaus Caracciolo Neapolitanus, Archiepiscopus Capuæ, dein Card., et Pro-Vicarius. XXXIII. Thomas Cerviai Politianus, Ep. Heraclæ. XXXIV. Nuntius Baccari Dioc. Triventinæ, Ep. Bojanensis. XXXV. Philippus Spada Spoletinus, Ep. Pisaurensis, deinde Archiep. Theodosiæ. XXXVI. Ferdinandus Maria de Rubeis Romanus, Archiep. Tharsi, dein Patriarcha Constantinopoli-

ANNI CHRISTI 1560.

piscopus Beneventanus, creatur Card. Presbyter à Paulo III. deinde optavit Ecclesias Sabinensem, Tusculanam, et Portuensem, *Vicarius Generalis* Urbis eligitur à Pio IV. fuitque sub subsequentibus Pontificibus, S.Pio V. Gregorio XIII. et Sixto V., atque optima Documenta, Edicta, et Epistolas Pastorales edidit, typis Romanis excusas, præsertim pro Cleri Romani morum instauratione, et pro reformando Ecclesiarum Parochialium regimine. Obiit Romæ Nonis Decembris Anno 1587. et sepelitur in Templo Sanctissimo Nomini Jesu dicato.

Alphonsus Ciaconius : in Card. Pauli III. num. XXXVIII. To. III. colum. 673., et 674.
Ughellius : in Archiepp. Beneventanis.
Lucentius : in Epp. Sabinis.

1561.

SEBASTIANUS PORTICI Lucensis, Archiepiscopus Ragusinus, dein Ep. Fulginatensis, *Pro-Vicarius* Pii PP. IV.

Monumenta MSS. : in Secretaria Tribunalis Card. Vicarii.

circa 1569.

JOANNES OLIVA Perusinus, Archiepiscopus Theatinus, *Reformator morum in Urbe* deputatus a S. Pio V. Obiit 1577.

Hieronymus Nicolini : Historia della Città di Chieti pag. 189. Napoli 1657. in 4.

1. Maii 1585.

FR. MICHAEL BONELLI Card. Alexandrinus, Ord. Prædicat. Nepos ex Sorore S. Pii V. creatur a Sixto PP. V. *Vicarius Papæ cum plenissima potestate in rebus Ecclesiasticis*, et Temporalibus *Urbis*, et Status Ecclesiastici.

Vin-

tanus, et Card. XXXVII. Dominicus Giordani Diœc. Sipontinæ, Archiep. Nicomediæ, postea Patriarcha Antiochenus. XXXVIII. Franciscus Antonius Marcucci Asculanus Ep. Montisalti, dein Patriarcha Constantinopolitanus, cujus insignes virtutes suspexi in itinere Vindobonensi S.D.N.PII VI. cui tùm ego cum à Sacris, tum a Confessionibus inserviebam. XXXIX. Franciscus Xaverius Passeri Firmanus, Archiepiscopus Larissæ, qui gravi, et difficili munere prudenter, et accuratè nunc defungitur. His Vicesgerentibus adjugendi sunt Melchior Pelletta Astensis, Episcopus Chrysopolitanus, et Jo. Baptista Scannarola, Episcopus Salonitanus, aliique, qui fuerunt dumtaxat Suffraganei Cardd. Vicariorum.

Vincentius Fontana: in Theatro Dominicano Part. II. pag. 340., in qua edidit Literas Deputationis in Vicarium Sixti V. ANNI CHRISTI 1585.
Idem: in Provincia Rom. Ord. Præd. Cap. V. Tit. I. pag. 311. et Tit. V. pag. 334.
Fr. Jo. Michael Cavalieri: Galleria &c. To. II. n. 8. pag. 227.

HIERONYMUS RUSTICUCCI Fanensis, Episcopus Senogalliensis, creatur Card. a S. Pio V. anno 1570. fuitque Episcopus Portuensis, adlectus *Vicarius Urbis* a Sixto V. quod munus exercuit quoque sub Urbano VII. Gregorio XIV. Innocentio IX. et Clemente VIII., et obiit Romæ An. 1603. ..... 1587.

CAMILLUS BURGHESIUS Romanus, Cardinalis Presbyt. Tit. S. Grisogoni creatur a Clemente VIII. anno 1596., à quo deputatur *in Urbe Vicarius*, demum ad Apostolicæ dignitatis culmen provehitur sub Pauli hujus nuncupationis PP. V. 16. Maii An. 1605. ..... 1603.

HIERONYMUS PAMPHILIUS Romanus sub disciplina S. Philippi Nerii ab adolescentia educatus, Innocentii PP. X. Patruus, S. Rotæ Auditor, creatur Card. Presbyter Tit. S. Blasii de Anulo an. 1604. a Clemente VIII., mox *Vicarius Urbis* eligitur a Paulo V. assumpto in Pontificem maximum, qui proximè hanc præfecturam gesserat. Obiit anno 1610. ætatis suæ 66., et sepellitur in templo Beatæ Virginis Vallicellano. 29. Maii 1605.

JOANNES GARTIAS MILLINI (*) Romanus, Cardinalis, et *Vicarius Urbis* creatur a Paulo V., deinde 14. Augusti 1610.

 fuit

(*) Cardinalis Millini primus Vicarius fuit, qui elegit Secretarium sui Tribunalis Vicariatus An. 1622. Odoardum Tibaldeschi Clericum Nursinum, quem deinceps insequuntur ad nominationem Cardinalium Vicariorum: I. Joseph Palamolla Calaber, Lector Archigymnasii Sapientiæ. II. Raphael Fabretti Urbinas, dein Præfectus Archivio secretiori Pontificio, et supplicibus Libellis Alexandri VIII. III. Alexander Bonaventura Urbinas, dein ab Eleemosynis Clementis XI. IV. Nicolaus Antonius Cuggiò, Canonicus Sanctæ Mariæ Transtyberim. V. Gaspar Ori Romanus, Archipresbyter S. Mariæ in Cosmedin: VI. Romualdus Honorante Diœcesis Asculanæ, Canonicus SS. Celsi, et Juliani: VII. Lucas Antonius Coselli Romanus, Canonicus S. Anasthasiæ. VIII. Philippus Liberti Romanus, Canonicus San-

ANNI CHRISTI 1610. fuit Episcopus Tusculanus, et functus est munere Vicarii etiam sub Gregorio XV. et Urbano VIII. sub quo Obiit Romæ An. 1629. de quo hæc habet Theodorus Amydenus: *De Pietate Romana*. Romæ 1625. in 8. Parte I. pag. 81. *Virum in tuenda Ecclesiastica dignitate, et disciplina strenuum, doctrina, et pietate eximium, in negotiis gerundis, ut plures difficillimæ, quas obivit, legationes ostendunt, solertissimum.*

3. Octobris 1629. MARTIUS GINETTI Veliternus, sublectus Cardinalis, et *Vicarius Urbis* ab Urbano VIII. quod munus magna laude obivit sub subsequentibus Pontificibus Innocentio X. Alexandro VII. atque Clemente IX. et X. Obiit Romæ 3. Martii 1671. senio confectus, Episcopus Portuensis.

..... 1638. FR. ANTONIUS BARBERINI Florentinus Ord. Min. Capuccinorum, frater Germanus Urbani VIII. à quo coöptatus est in S. Cardinalium Collegium. *Pro-Vicarius* (*) deputatur ab anno 1638. ad integrum an. 1642., dum Card. Ginettus ab Urbe aberat pro Legatione à Latere in Germania ad procurandam Europæ pacem, et pro Legatione Ferrariensi obeunda.

Edicta, et Decreta Card. Fr. Antonii Barberini Pro-Vicarii Urbis, Typis edita integris Quatuor Annis Romæ.

2. Aprilis 1671. PALUTIUS PALUZZI de Albertonibus, et de Alteriis Rom. Cardinalis creatus ab Alexandro VII., fuit Epis-co-

---

ctæ Anasthasiæ, multis sacræ eloquentiæ, doctrinæ, virtutisque ornamentis præditus, nuper meritò delectus ab Emo, et Rmo Card. Nostro Vicario Sommalia.

(*) Notandum est hic, consuescere in absentia ab Urbe Cardinalis Vicarii Papæ, alterum Cardinalem destinari ad hoc onus Vicarium exercendum cum titulo: Pro-Vicarii, ut in ista delegatione Card. Barberini apparet, et ut postea quoque evenit in altera in absentia ab Urbe Card. Gasparis de Carpineo, suo loco à nobis animadvertenda; quia *Vicariatus*, et *Pro-Vicariatus* munera, et tituli post Decretum Pauli IV. qui Vicariatum Urbis in S. Collegium S. R. E. Cardinalium reduxit, sunt proprii tantum Cardinalium. Vide Card. Petra To. V. *Comment. ad Constit. Apost.* in Constitutione I.a Pauli II. pag. 317. num. 47. et 49.

copus Montis Falisci, et Cornetanus, *Vicarius Urbis* declaratur ab Avunculo Clemente X. quam præfecturam ad breve tempus retinuit, adlectus S. R. E. Camerarius; et apud omnes religionis, pietatis, ac doctrinæ monumenta relinquens in bona senectute vitam clausit Romæ 29. Junii 1698. Episcopus Portuensis. ANNI CHRISTI 1671.

GASPAR DE CARPINEO Romanus, Cardinalis creatur a Clemente X., et per dictam cessionem Card. Palutii, non vero per mortem Card. Ginetti, ut malè narrat Marius Guarnacci, eligitur ab eodem Pontifice *Vicarius Generalis* Urbis, qua dignitate functus est quoque sub subsequentibus Pontificibus Innocentio XI., Alexandro VIII., Innocentio XII., et Clemente XI. admirabili prudentia, vigilantia, ac dexteritate; maxima morum gravitate, et sapientia Princeps fuit, ac plenus meritis Romæ mortalitatem exuit die 6. Aprilis 1714. 12. Augusti 1671.

HIERONYMUS CARD. CASANATE Neapolitanus; *Pro-Vicarius* in absentia ab Urbe Card. Carpinei, qui ad suæ nobilis familiæ Ditionem *Carpineam* nuncupatam accessit per aliquot menses, ut narrat Card. Vincentius Petra To. V. *Comment. ad Const. Apost.* Constitutione I.ª Pauli II. pag. 357. num. 47. 15. Aprilis 1682.

NICOLAUS CARACCIOLI Neapolitanus, Archiepiscopus Capuanus, Vicesgerens cum omnibus facultatibus Vicario Papæ concedi solitis, die 16. Decembris 1715. creatur Presbyter Cardinalis à Clemente XI. à quo defuncto Card. Carpineo constituitur etiam *Pro-Vicarius Urbis*, quo munere tribus, et amplius annis diligentissimè, totiusque Urbis plausu functus est; atque postea ad suam Ecclesiam Capuanam regendam se contulit, ubi die septima Februarii Anni 1728. diem extremum clausit maximis virtutibus ornatus, ac munificentissimus in suam Ecclesiam, et in pauperes Princeps, et tam magni consilii, et intellectus vir, ut ad omnes præclarissimas res natus esse videretur. 18. Decembris 1715.

DO-

ANNI CHRISTI 9. Novembris 1717. DOMINICUS Card. PARACCIANI Romanus, Episcopus Senogalliensis, accitur ad *Vicariatum Urbis* à Clemente XI. Obiit Romæ Anno 1721. 9. Maii, die sequente post electionem Innocentii XIII., et post administratum quatuor Annis optimè hunc difficilem magistratum, in quo semper in audiendis hominibus facilem, in obeundis negotiis diligentem, atque in rebus omnibus integrum se gessit.

11. Maii 1721. FABRITIUS PAULUCCI Foroliviensis, Cardinalis Innocentii PP. XII. à Secretis Status Clementis XI. et Benedicti XIII.; resignata Majoris Pœnitentiarii Præfectura in manibus Innocentii XIII. qua Pontifex decoratum voluit ejus fratrem D. Bernardum de Comitibus Card. Ord. S. Benedicti, ab eo eligitur *Vicarius Urbis*, quod onus quoque substinuit sub Benedicto XIII. Obiit Romæ 11. Junii 1726. in magna senectute, laboribus fractus, et in pauperes munificentissimus, Episcopus Ostiensis, et Veliternus S. Collegii Card. Decanus. Princeps adeo sanè integer, et fidelis, ut nihil in iis, quæ ad Ecclesiam Romanam pertinebat, sine ejus consilio, aut industria fieri posse videretur.

13. Junii 1726. PROSPERUS MAREFOSCHI Maceratensis ex Auditore SSmi, quod munus sub Clemente XI. et Innocentio XIII. quoque, magna integritate, et plausu administravit, creatur Cardinalis Presbyter, et *Vicarius Urbis* à Benedicto XIII. quod munus prosequutus est quoque sub Clemente XII. Obiit 24. Februarii 1732. Fuit insignis justitia, prudentia, religionisque cultu, atque gestarum rerum monumentis clarissimus.

29. Februarii 1732. FR. JOANNES ANTONIUS GUADAGNI Patritius Florentinus, Carmelita Excalceatus, Episcopus Aretinus, creatur Cardinalis Presbyter ab Avunculo Clemente XII. a quo *Vicariatu Urbis* ornatus est, quod munus usque ad obitum retinuit sub subsequentibus Pontificibus Benedicto XIV. et Clemente XIII. sub quo magna Sanctitatis, et in pauperes liberalitatis fama decessit senio confectus, Episcopus Portuensis 15. Januarii 1759.

AN-

ANTONIUS MARIA ERBA ODESCALCHI Mediolanensis, creatur Cardinalis, et *Vicarius Urbis* à Clemente XIII. Obiit tota Urbe propter ejus insignes virtutes mœrente 28. Martii 1762. Princeps magni nominis, et probitate, modestia, humanitate, atque liberalitate in pauperes ita celebris, ut ab omnibus magnopere, et diligeretur, et coleretur. — ANNI CHRISTI 28. Septembris 1759.

MARCUS ANTONIUS COLUMNA Romanus, S. Palatii Apostolici Præfectus, Cardinalis creatur à Clemente XIII., a quo mox reluctans constituitur *Urbis Vicarius*, et Quartus ex augusta Columnensium gente in nostra hac Serie; quod onus quoque sub Clemente XIV. et sub SS. D. N. Pio VI. integerrimè substinuit, et Romæ piè decessit Episcopus Prænestinus 4. Decembris 1793. Fuit Princeps magno ingenio excellens, longè omnium in dicendo eloquentissimus, omni scientiarum genere perfectus, integerrimæ vitæ exemplum, et tam laudatæ virtutis, ut alienis præconiis non indigeat. — 20. Septembris 1762.

ANDREAS CORSINI ROMANUS, in Cardinalium Diaconorum numerum cooptatus a Clemente XIII. cum Ecclesiam Sabinensem regeret à SS. D. N. Pio VI. vocatur *ad Vicariatum Urbis*, quo brevissimo tempore administrato decessit Romæ 19. Januarii 1795. Fuit Vitæ splendore, probitate, atque comitate clarissimus. — 8. Decembris 1793.

JULIUS MARIA DELLA SOMAGLIA (*) Placentiæ nobilissima gente, et ab ultima stirpe præclara, patri- — 22. Septembris 1795.

(*) Familia Comitum DELLA SOMAGLIA, quam illustrissimam, et immemorabilem antiquitate, nobilitate, et opibus inter Insubres plures Scriptores, et Historici infrà à nobis exscribendi appellant, et scripta multorum monumenta confirmant, ex hispana stirpe apud Astures nobilissimi, et præclari nominis originem ducit, cui primum: *Aguillarot de la Capeça* nomen erat, atque *Agbillarii* Comites appellabantur; ac ex assertione Josephi Ripamontii Chronistæ Urbis Mediolani fuerant in Hispania ex Regulorum numero, quos Reges ipsi tum assumere in imperii partem, tum per connubia jungere sibi, et sanguinem consociare cum eis haud inferius majestate sua rebantur. Eo deinde relicto nomine, et *Capacii*, vel *Ca-*

ANNI CHRISTI 1795.

tritiaque Mediolanensi natus, diligentia, æquitate, doctrina, et maximis exhaustis laboribus, primoribus fun-

pelli nominati sunt, cum familiæ princeps Mauritano bello victor cæsum ducis hostis caput, et spolia de eo opima retulisset: unde et torridum id sole culmen Mauri homicidii ab reliquo divisum corpore inter insignia gentis Sommaliæ manet, sicuti in stemmate amplissimi Cardinalis Julii della Somaglia hujus nostri opusculi præsidii in præsentiarum videmus.

Duo patricios ex his *Capatiis* ex Hispania in Italiam venere, et relicto nativo cognomento duas familias inde feliciter propagarunt: alter Neapoli, cum popularium manu profectus domicilium, et sedem fixerat, et vocatus est *Capece*, cujus soboles distributa est in plures alias familias, ex quibus prodiere Pontifices Summi, Cardinales, Archiepiscopi, belli Duces, et Legati Regum complures: Alter vero Mediolanum invitatus a Duce Galeatio Vicecomite eo tempore bellum gerente cum Urbano PP. V. ibidem fixam sedem, et patriam sibi fecit, ejusque stirps appellata est vario nomine: *Capatia*, *Cavatia*, *Capecia*, vulgoque, et italicè: *Cavazzi*: deinde ab Arcis *Somaliæ*, subjectarumque Terrarum dominatu, et possessione populari consensu, et favore superindita est familiæ appellatio: DELLA SOMAGLIA, Latinè vero: SOMMALIA, ut scribit Joseph Ripamontius in Libris VIII. *Historiæ Patriæ* pag. 332. Libri Octavi. Mediolani 1648. fol. Primus vero, qui Mediolanum advenerat fuit *Ariolavi* nomine, cujus posteros, stirpemque universam enumerat idem Ripamontius ibidem usque ad Alphonsum Comitem Senæ, et Somaliæ, de quo infra dicemus, patrem Margaritæ Peretti, hæredis partis opum, quas domui Somaliæ Vicecomes primò, deinde Sforza successor, postremò Carolus V. et Philippus II. ob merita accumularunt. Jam ab anno 1371. Bernabores Dux Vicecomes dominium tradidit familiæ multarum Terrarum, castrorum, et oppidorum præsertim *Melegnani*, *Sennæ*, *Lhuraæ*, *Mirabelli*, *Orii*, *Oltradi*, *Castrinovi*, *Rancagliæ*, et *Arcis SOMALIÆ* cum potestate, amplaque facultate transmittendi ad deseendentes familiæ has possessiones, quas inter alios Scriptores Insubres enumerat Jo. Petrus de Crescenzi nobilis Placentinus in Libro italico, cui titulus est: *Ausiliatore Romano etc.* Milano fol. Parte I. pag. 178. et 180., qui etiam affirmat ibidem pag. 179. Genealogiam Sommaliæ Stirpis comprobatam fuisse authenticis documentis, monumentisque publicis consignatam per Acta Notarii Collegialis Mediolanensis 2. Maii 1646. Quæ hactenus descripsimus omnia asserunt, et probant insignes Scriptores, quos diligenter inspeximus: Fr. Paulus Morigia: *Historia dell' Antichità di Milano*, edita Venetiis 1592. in 4. Lib. IV. cap. 29. pag. 656. et cap. 44. pagg. 690. 705. et seqq. et in Libro, cui titulus est: *La Nobiltà di Milano* pag. 527. Milano 1619. in 8. Josephus Ripamontius Chronista Urbis Mediolan. in *Histor. Patriæ* Lib. VIII. Mediolani 1648. fol. pag. 331. et seqq. Libri VIII. Jo. Petrus Crescenzi: *Corona della Nobiltà d' Italia*. Bononiæ 1639. in 4. *Narrazione* II. cap. VII. pag. 187., et in jam citato opere italico inscripto: *Ausiliatore Romano &c. Parte I.* pagg. 68. et seqq. et pag. 112. Franciscus Sansovinus: *Ristretto delle più nobili, e famose Città d' Italia*. Venetiis 1595. in 4. pagg. 76. et 78. Gaspar Bugati *Historia Universale*. Venetiis 1571. in 4. pag. 795. et 961. Cæsar Campana: *Historie del Mondo*. Venetiis 1607. in 4. To. II. Lib. X. pag. 411. et alio in opere: *Vita di Filippo Secondo*. Vicentiæ 1605. in 4. To. I. Lib. II. pag. 17. Paulus Jovius Episcopus Nucerinus: *in Historiis sui temporis*. Basileæ 1578.

functus in Romana Curia Magistratibus, cum ei nihil deesset, quod ad naturam eximiam, et illustrem, ad

ANNI CHRISTI 1795.

H

sin-

Fol. To.II. Operum Lib.XXV. pag.26., et 288. et Aloysius Moreri in opere, cui titulus est: *Le grand Dictionaire Historique etc.* editionis Venetæ apud Franciscum Pitteri 1743. To.II. verbo: *Somaglia* (*le Comtes de la*). Et hi omnes Scriptores inter antiquiores, et nobiliores familias, et inter nobiles Decuriones, et Deputatos Urbis Mediolanensis familiam Sommaliam adnumerant. In hujus vero gentis insignibus, et illustribus Atavis, et Majoribus meritò recensentur Bernardus Cavatius Anno 1232. Gubernator Novocomii: Turzianus Cavatius an. 1299. insignis potentia, divitiis, et doctrina, maximè acceptus Matthæo Duci Vicecomiti: Guilelmus Eques Auratus an. 1331. Alberti Scaligeri Principis Veronæ imperator exercitus: Erasmus Cavatius della Somaglia an. 1340. Decurio perpetuus Urbis Mediolani: Nicorolus an. 1348. Dominus Maregnani: Sanguinolus an. 1351. tempore Ducis Bernabovis Vicecomitis: Fatiolus Cavaria unus ex XII. Nobilibus Communitatis, et Reipublicæ Mediolanensis electus an. 1385. in Parochia S. Stephani ad Fontes: Conradus Cavazza unus ex XII. Decurionibus Generalis Consilii Mediolanensibus: Petrinus, et Fratres de Cavatiis de la Somalia multis titulis, et possessionibus donati sunt a Duce Jo. Galeatio anno 1451. Franciscus Cavatius Comes Senæ, et Sommaliæ Senator Urbis Mediolani, appellatus a Paulo Jovio: *inter insubres nobilitate, atque opibus, potens*, carissimus Carolo V. Imperatori, et Philippo II., uxorem duxit Margaritam Trivulzi, patruelem Annæ Vicecomitis, Matris Gregorii PP.XIV. et fuit auctor pacis inter Regem Galliæ, et Carolum V., a quo creatus est exercitus Imperator: Alphonsus ex Comitibus della Somaglia, et Dominus Senæ, filius præcedentis Ductor exercitus, et Consiliarius Urbis Mediolani, in Hispania cum esset in Aula Regis Philippi II. in matrimonium duxit D. Mariannam Bovadiglia della Cerda, filiam Ducis Petri Cabrera Bovadilla Comitis de Chincion, Præfecti Domui regiæ; et ex hoc matrimonio Alphonsus habuit unicam filiam Margaritam anno 1589. Mediolani matrimonio junctam cum Dote Viginti millia Census annui Principi Michaeli Damasceno Peretti Duci Venafri, et Burri Gubernatori, Pronipoti Sixti PP.V. et fratri germano Alexandri Cardin. Montalti Peretti Literis procuratoriis ab Antonio Maria Gratiani, qui postea fuit sanctissimus, et doctissimus Amerinorum Pontifex, ab eodem Pontifice Mediolanum misso, qui tabulas nuptiales, et contractus Dotis perfecit: atque ex hoc conjugio nati fuere Dux Franciscus Peretti Montaltus, dein Cardinalis an. 1641. sub Urbano VIII. et Archiepiscopus Montisregalis electus an. 1650. ex præsentatione Regis Hispaniarum, et ultimus ex virili familia Sixti V.P.M., qui Romæ diem clausit extremum 3. Maii 1655. æt. suæ 55. et Maria matrimonio juncta Principi Sabellio. De hoc matrimonio agunt P. Casimirus Tempesti in *Vita Sixti* PP.V. edita Venetiis 1754. lingua italica in 4. Lib. I. num. XVIII pag. 8. Ripamontius Chronista Urbis Mediolanensis in *Historiis Patriæ* Libri VIII. Mediolani 1648. fol. pag. 331. et seq. in Libro Octavo: Claris. V. Ab. Nicolaus Ratti in Libro inscripto: *Della Famiglia Sforza*. Roma 1794. in 4. Part. II. pagg. 353. e 362. et ipse Antonius Maria Gratiani: *De Scriptis invita minerva*. Florentiæ 1746. in 4. To. II. pag. 256. Libro XVIIII. qui hoc nuptiarum negotium sic eleganter describit „ Fratrem habuit (*Cardinalis „ Alexander Montaltes Peretti*) natu „ minorem, cui Michaeli fuit nomen. „ Huic, admoduni adolescenti, des„ ponderat Sixtus Pontifex Margari„ tam *Sommaliam* Mediolanensem, „ Alphonsi, *unius è civitatis principi-*

ANNI CHRISTI 1795.

singularem sapientiam, ad acerrimum ingenium, et ad omne genus officii tam ad bonum publicum, quam ad privatum pertineret, providentissimo consilio à SS. D. N. PIO PP. VI. in Purpuratorum Patrum Senatum cooptatur, et ab eodem diligentissimo meritorum indagatore paulo post suus in Sacris Vicarius Generalis Romæ constituitur: quo in munere infimis, mediis, atque superioris generis hominibus planè satisfacit, suis sibi subditis, quasi propriis membris prospicit, in difficillimis negotiis sapienter, et graviter agit; omne consilium suum, cogitatum, dictum, aut factum ad optimas morum regulas conformat, omniaque refert ad gloriam Dei, ad utilitatem proximi, et ad Cleri reformationem, et splendorem. AP.

„ *bus* filiam, quæ, paulo ante amisso patre, hæreditatem, longè opulentissimam, ad Quinquies centena „ aureorum nummum millia, creverat. Hispaaa matre erat genita, eujus frater, Cinconii Comes, intima Philippi regis gratia, magnaque potentia florebat. Ad has pa„ ragendas nuptias, verosimque præsens tempus definientibus jungendas, et puellam ad sponsum Romam adducendam, ego Mediolanum missus sum (*mense Martio* 1589.). Atque in Urbe amplissima, et celebritate populi maximè insigni, hinc Pontifici Max., hinc Cinconi Comiti, in regis aula hominibus in primis gratioso, assentationibus certatim cunctis, tantis adveniens honoribus acceptus sum, ut non solum, qui novam nuptam necessitudine aliqua, et propinquitate attingebant, in quibus civitatis principes erant, sed universa prope nobilitas, frequentissima obviamitione, mihi, poetis appropinquanti, occurrerit. Die inde nuptiarum ipse adfuit in Sponsæ Domo Mediolanensium Archiepiscopus, et religiosis amicus vestibus, argenteo insignis paludamento, pontificali infula caput redimitus, edito in solio, superpendente tentoriolo, sedens, solemnia verba, quibus matrimonii fœdus, sanctumque sancitur, peregit, præsentibus, ad honestandam rem, celebrandamque, non civitatis modo proceribus, sed ipso, cum magna Senatus parte, regio Prætore, qui tum erat Dux Terræ novæ, homo siculus, et amplissimæ virginitatis . . . . . Dum puellæ profectio instruitur, multaque itineri tam illustrium fœminarum ornando necessaria comparantur, Sixti Pontificis morbus, et mox excessus affertur etc.„ Porro ex germano fratre ejusdem Comitis Alphonso, masculina sobole destituti Amplissimus Cardinalis noster Julius directa linea genus, et ortum suum duxit.

Et hæc satis sint de inclyta Comitum Somaliæ propagine, cujus originem, domicilia, res domi, militiæque gestas, affinitates, vicissitudines, cunctaque decora si accuratè persequi vellem, justum volumen implere mihi necesse esset.

APPENDIX

LITERÆ APOSTOLICÆ

IN FORMA BREVIS, ET SUB PLUMBO,
ATQUE CHIROGRAPHA,

QUIBUS

Emus, et Rmus

DD. JULIUS MARIA S.R.E. PRESBYTER

CARD. DELLA SOMAGLIA

ALMÆ URBIS SUBURBIORUM, ET DISTRICTUS
VICARIUS GENERALIS IN SPIRITUALIBUS

MAXX. PONTIFICUM ROMM.

ET ROMANÆ CURIÆ JUDEX ORDINARIUS

INSTITUITUR,

EIDEMQUE DICTUM OFFICIUM VICARIATUS

CONCEDITUR

EXERCENDUM, QUOAD VIXERIT

CUM PRIVILEGIIS, FACULTATIBUS, PRÆEMINENTIIS,
JURISDICTIONIBUS AD EUM PERTINENTIBUS &c. &c. &c.

Dilecto Filio Nostro Julio Mariæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali DE SOMALIA *Nuncupat. Nostro in Alma Urbe, ejusque Districtu Vicario in Spiritualibus Generali.*

PIUS PP. VI.

NUM. 1. Literæ in forma Brevis S. D. N. PII PP. VI. XXII. Septembris 1795., quibus Emus, et Rmus Julius Maria S. R. E. Presbyter Cardin. *della Somaglia* Urbis, Suburbiorum, et Districtus Vicarius in Spiritualibus, nec non Romanæ Curiæ Judex Ordinarius deputatur etc.

Dilecte Fili Noster Salutem, et Apostolicam Benedictionem. Supremæ Majestatis præsidio, cujus ineffabili providentia cuncta reguntur, supra Domum Israel, Universam Catholicam Ecclesiam speculatoris officium exercentes, ad Almam Urbem Nostram, in qua Sacerdotii Principatum, et Christianæ Religionis Caput cœlestis Imperator instituit, nostræ considerationis aciem in primis convertimus, ut illa providi, vigilisque Ministri directa in Spiritualibus regimine non solum præservetur a noxiis, sed etiam votivum suscipiat incrementum; Sanè officium Vicariatus almæ Urbis Nostræ, et illius Suburbiorum, ac Districtus, quod aliàs fel. rec. Paulus PP. IV. Prædecessor Noster pro uno ex S. R. E. Cardinalibus, qui illud sibi pro tempore existentem Romanum Pontificem concessum absque dispensatione Apostolica ad ejus vitam obtinere, ac per se ipsum, seu ab eo deputatos Vicesgerentes, et Suffraganeos, ac in Civilibus, et Criminalibus Locumtenentes exercere posset, de Fratruum suorum Consilio, et unanimi consensu, Apostolica Auctoritate erexit, ac instituit, et quod bo. me. Andreas S. R. E. Cardinalis Corsini nuncupat. in Urbe, illiusque Suburbiis, et Districtu prædictis, Vicarius, dum viveret obtinebat, per obitum ipsius Andreæ Cardinalis, qui apud Sedem Apostolicam debitum naturæ persolvit, vacante, Nos ad prosperum, et felicem Statum dictæ Urbis in eisdem Spiritualibus dirigendum sollicitis Studiis intendentes ad spectatam, probatamque Circumspectionis Tuæ, in multis, gravissimisque Nostris, et hujus Sanctæ Sedis negotiis fidem, prudentiam, integritatem, doctrinam, aliaque egregia insignium virtutum dona, generis nobilitati conjuncta, quibus a Domino multipliciter decoratus existis, direximus oculos nostræ Mentis, firma spe in Domino, ac fiducia freti Te in gubernando, regendoque officio prædicto dudum conceptam de eximiis meritis, virtutibusque Tuis omnium opinionem cumulatè superaturum; Motu igitur proprio, non ad Tuam, vel alterius pro Te Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, et certa scientia, Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine officium prædictum, sic ut præfertur

tur, vacans Tibi per Te, quoad vixeris, aut Vicesgerentem, et Suffraganeum, nec non Locumtenentem, seu Locumtenentes tuum, vel tuos exercendum cum omnibus, et singulis privilegiis, facultatibus, prærogativis, immunitatibus, exemptionibus, et jurisdictionibus, nec non honoribus, oneribus, juribus, ac emolumentis consuetis, et quibus alii in Urbe, Suburbiis, ac Districtu præfatis Vicarii in Spiritualibus Romanorum Pontificum, etiam prædecessorum Nostrorum, qui pro tempore fuerunt, uti, potiri, et gaudere potuerunt, seu etiam debuerunt tenore præsentium concedimus, ac assignamus, Teque in Nostrum, et Urbis, Suburbiorum, ac Districtus prædictorum Vicarium in Spiritualibus, nec non Romanæ Curiæ Judicem Ordinarium assumimus, constituimus, et deputamus; Curam, regimen, ac administrationem, liberumque exercitium officii prædicti Tibi plenariè committendo; Quo circa Circumspectioni Tuæ per Apostolica Scripta mandamus, quatenus regiminis, et administrationis hujusmodi onus prompta devotione suscipiens, officium prædictum juxta datam tibi a Domino prudentiam sic per Te, vel alium, seu alios exercere studeas, sollicitè, fideliter, ac prudenter, quod exinde fructus, quos speramus proveniant, Tuque præter æternæ retributionis præmium, Nostram, et dictæ Sedis Benedictionem, ac gratiam exinde uberiùs consequi merearis; Nec non dilectis filiis Clero dictæ Urbis, quatenus Te Nostro, et dictæ Sedis nomine benignè recipientes tua salubria monita, ac mandata suscipiant humiliter, et efficaciter adimplere procurent, alioquin Sententiam, sive pœnam, quam ritè tuleris, seu statueris in Rebelles, ratam habebimus Auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari: Decernentes præsentes ex quavis causa de Subrectionis, vel obrectionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis Nostræ, vel quocumque alio defectu, notari, impugnari, aut aliàs quomodolibet infringi, seu etiam per Nos, aut Successores Nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes in toto, vel in parte revocari, suspendi, restringi, vel eis in aliquo quamtumvis modico derogari, nullatenus umquam posse; Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac privilegiis, et indultis, ac Literis etiam Apostolicis quibusvis, Judicibus, etiam S. R. E. Cardinalibus per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, ac Nos, et prædictam Sedem in præjudicium attributæ, Tibi per præsentes Jurisdictionis etiam motu, scientia, ac potestatis plenitudine similibus etiam consistorialiter, et aliàs sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis de-

decretis quomodocumque, et quotiescumque concessis, approbatis, ac etiam iteratis vicibus innovatis: Quibus omnibus, et singulis etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque Totis Tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitùs omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur præsentibus pro plenè, ac sufficenter expressis habentes illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque: Aut si aliquibus communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem, quod præsentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et Sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem. Sub Annulo Piscatoris. Die XXII. Septembris MDCCXCV. Pontificatus Nostri. Anno Vigesimo Primo.

R. CARD. BRASCHIUS DE HONESTIS.

PIUS PP. VI.

NUM. 2.

Literæ in forma Brevis S. D. N. PII PP. VI. , 22. Septembris 1795., quibus eidem Cardin. *della Somaglia* Urbis Vicario conceditur licentia , facultas , et jurisdictio vel per se, vel per alios corrigendi, visitandi, et reformandi &c. Omnes Urbis, ipsiusque Districtus Ecclesias, etiam Patriarchales , et dictarum Ecclesiarum Singulas Personas , Canonicos , et Capitula , etiam Patriarchalium Ecclesiarum , nec non omnia , et singula Monasteria, Domos , et alia Regularia , Claustralia , et Pia Loca, quarumvis Monialium , illarumque Abbatissas , Priorissas, Moniales etc.

AD FUTURAM REI MEMORIAM. Etsi Romani Pontificis, Almæque Urbis Nostræ pro tempore existentes Vicarii vigore suarum ordinariarum Facultatum, ac uti, et tamquam Judices Ordinarii a Sede Apostolica specialiter deputati, omnes ipsius Urbis Ecclesias, et Loca Pia quæcumque, et quantumcumque exempta tam intra, quam extra mœnia ejusdem Urbis consistentia, etiam sæpius, ac toties quoties sibi visum fuerit, et ipse in Domino salubriter expedire conspexerit visitare, corrigere, et reformare proprium quodam modo munus esse videatur, attamen nonnulli Romani Pontifices Prædecessores Nostri prædictam Almam Urbem Nostram tunc suam omni prorsus labe purgatam Altissimo repræsentare, ac omnia, quæ in ejusdem Urbis, illiusque Districtus Ecclesiarum, Monasteriorum, et Piorum Locorum prædictorum utilitatem, et in Domino directionem tendere possent, prospicere, ac providere cupientes, præsertim vero Felicis Recordationis Pius IV. et Pius V. Romani Pontifices Prædecesseres Nostri Bonæ Memoriæ Jacobo S. R. E. Presbytero Cardinali Sabellio nuncupato tunc dictæ Urbis, illiusque Districtus Vicario Generali; et piæ Mem. Sixtus PP. V. etiam Prædecessor Noster, itidem Bonæ Mem. Hieronymo Tituli Sanctæ Susannæ Presbytero Cardinali Rusticuccio nuncupato etiam tunc dictæ Urbis, illiusque Districtus Vicario Generali, ad Eorum Ordinariam Facultatem corroborandam, omnes, et singulas ejusdem Urbis, ipsiusque Districtus, etiam quantumcumque exemptas, et quibuscumque etiam Apostolicis Privilegiis suffultas, et communitas, cujuscumque etiam specialis Notæ, et expressionis dignores Ecclesias, et Basilicas, etiam Patriarchales Sancti Joannis Lateranensis, Sancti Petri Apostolorum Principis, Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ, et quascumque alias Ecclesias, et quæcumque tam Virorum, quam Mulierum, Ordines, Monasteria, Hospitalia, Confraternitates, et alia Loca Pia quæcumque, tam intra, quam extra Mœnia Urbis consistentia, tam per se, ipsosque alios quoscumque ab eis deputatos, seu deputandos, visitandi, corrigendi, ac tam in capite, quam in membris reformandi, ac pœnis condignis delinquentes, etiam extra Visitationis actum plectendi, et puniendi, omniaque alia, et singula, quæ ad Visitationis Munus dictarum Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, et Confraternitatum, et Locorum Piorum hujusmodi felicem Statum, gubernium, ac directionem spectant, et pertinent faciendi, dicendi, gerendi, ac exercendi magis specialem licentiam, auctoritatem, et facultatem concesserunt, prout in singulis

lis eorumdem Prædecessorum Literis, seu Motus proprii Cedulis, quas, illarumque tenores, ac Continentiam perinde, ac si de Verbo, ad Verbum inserentur, pro plenè, et sufficienter expressis, ac insertis haberi volumus, latius continetur. Nos igitur singulari religionis zelo ferventes, pastoralique Vigilantia prospicientes, eam esse humanarum rerum naturam, ut nisi Continua Vigilantia, Sollicitudine, ac solerti industria sæpius malis Moribus subrepentibus obvietur, ac eadem sæpius inculcentur, semper in deteriora collabuntur, licet eidem Hieronymo Cardinali, et Vicario omnes, ac singulas facultates, Auctoritates, et Potestates præfato Jacobo Cardinali, ac aliis Almæ Urbis Vicariis, circa Ecclesiarum, Monasteriorum, et Locorum Piorum prædictorum Visitationem, gubernium, ac Administrationem per quoscumque Prædecessores Nostros respectivè concessas, et attributas ipso Jure competiisse, et competere, ac Auctoritate prædicta omnia præmissa fecisse, et facere licuisse, ac licere a nemine dubitandum sit, nihilominus ad majorem præmissorum efficaciam, ac robur præfatorum Pii IV. et Pii V. ac Sixti V. Prædecessorum Nostrorum prædictorum vestigiis inhærentes Dilecto Filio Nostro Julio Mariæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali de Somalia Nuncupato Nostro, et dictæ Urbis Vicario, ut tam per se ipsum, quam per alios quoscumque ab eo forsan deputatos, vel deputandos, etiam sæpius, ac toties quoties ipsi Julio Mariæ Cardinali videbitur, omnes, et quascumque ipsius Urbis, illiusque Districtus, Collegiatas, et Parochiales, et Sancti Joannis Lateranensis, Sancti Petri Principis Apostolorum, ac Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ, et dictarum Ecclesiarum, ac aliorum quorumcumque etiam specialis Notæ, et expressionis dignoris Monasteriorum, et aliorum Locorum etiam singulos Canonicos, et Capitula etiam Patriarchalium Ecclesiarum prædictarum, nec non Præpositos, et Rectores, Guardianos, Archipresbyteros, seu alio quocumque Nomine nuncupatos, aliasque Personas qualitercumque qualificatas, cujuscumque Dignitatis, Gradus, Ordinis, et Conditionis existentes, etiam quovis privilegio suffultas, ac Bona Ecclesiarum, et Locorum Piorum prædictorum quorumcumque visitandi, reformandi, ac etiam extra Actum Visitationis corrigendi, Licentiam, Facultatem, et Jurisdictionem Concedimus, ac elargimur, et præsertim etiam per se, vel alium, seu alios probos, ac honestos viros, omnia, et singula dictæ Urbis Monasteria, Domos, ac alia Regularia, Claustralia, et Pia Loca, quarumvis Monialium, etiam Bizzocarum quocumque Nomine Nuncupatarum, Quorumvis etiam Sanctæ Claræ, ac Mendicantium, et de Observantia Ordinum, ac aliàs exempta, et etiam Nobis, et Sedi Apo-

stolicæ dumtaxat subjecta, illarumque Abbatissas, seu Priorissas, Moniales, Bizzocas, ac quascumque alias Personas cujuscumque Dignitatis, seu Nobilitatis existant, tam in Capite, quam in membris, ac in spiritualibus, et temporalibus Auctoritate Nostra visitare, illasque, ac illa, prout dicto Julio Mariæ Cardinali Vicario Nostro, et secundum, quod ei videbitur, reformare, ac de statu Monasteriorum, et Locorum eorumdem, de Vita quoque, et Moribus Abbatissarum, Priorissarum, Monialium, et Bizzocarum, aliarumque Personarum prædictarum studiosè inquirere, illasque ex eis, quæ criminosæ, ac desidiosæ repertæ fuerint juxta excessuum, et defectuum qualitates, ac exigentiam, et Ordinum, ac Regularum suarum Instituta Pœnis, et correctionibus debitis absque Judiciorum strepitu castigare, ac debitis Pœnis punire, et carceribus mancipare; ac si ei expedire videbitur, Abbatissatibus, Prioratibus; et aliis Dignitatibus, ac Officiis per eas obtentis privare, illasque ex Monasteriis, et Domibus, atque aliis Locis prædictis, ac tot quot maluerit Moniales, etiam illarum Superiorum Licentia non petita, etiam cum illarum Dotibus, et Bonis, seu absque illis ad alia Monasteria, et Loca prædicta transferre, illasque, seu alias Moniales Religiosas, quæ inibi sub Reformationis jugo vivere voluerint, introducere, et ipsis Monasteriis præficere, necnon Monasteria, ac alia Loca prædicta invicem, seu unum alteri, aut aliis, quibus ei videbitur perpetuò, seu ad tempus unire, annectere, et incorporare, ac illarum fructus, redditus, et proventus, ac Bona quæcumque applicare, et appropiare, ipsaque Monasteria, et Domos, ac Loca ad minorem, et pauciorem numerum reducere, ac reducta debita clausura munire, etiamsi ex Institutis, vel Fundationibus earum Regulæ ad Clausuram non teneantur, nec unquam in earum Monasteriis, seu Domibus etiam ab immemorabili tempore ea servata fuerit, ac Loca, et Monasteria, quæ ut præfertur aliis Locis, et Monasteriis Regularibus approbatis unita, ac annexa, et incorporata fuerint, alienare, vendere, ac ad profanos usus reducere, seu profanare arbitrio ejus pro utilitate, ac commodo aliorum Monasteriorum, ut præfertur, ab eodem approbatorum, et Moniales etiam Sæculares, quæ habitum Sæcularem, seu Bizzocarum per Urbem deferunt, ac ne Laici, et alii tam Sæculares, quam Ecclesiasticæ, ac Religiosæ Personæ ad Monasteria, et Loca prædicta accessum, seu ingressum habeant, etiam sub Censuris, et Pœnis Ecclesiasticis eo ipso incurrendis provideri, ac omnia, et singula alia, quæ juxta Instituta, et Constitutiones Summorum Pontificum, ac Prædecessorum prædictorum Omnipotentis Dei honorem, ejusque Religionis augmentum, animarum sa-

salutem, et Christifidelium omnium exemplum, ac alia circa felicem gubernationem, et bonorum regimen Monasteriorum, ac Personarum hujusmodi necessaria, seù quomodolibet opportuna videbuntur, etiam sæpius, et pluries iteratis vicibus, et toties quoties eidem Julio Mariæ Cardinali Vicario videbitur, et placuerit gerere, facere, disponere, ac exequi; Contradictores etiam Auctoritate Nostra suo arbitrio propositis, inflictis, et sæpius aggravatis pœnis appellatione postposita compescendo liberè, ac licitè possit, et valeat, plenam, liberam, ac omnimodam Potestatem, Facultatem, Auctoritatem, et Jurisdictionem tenore Præsentium Concedimus pariter, Volumus, ac Mandamus. Decernentes omnia, et singula præfata per dictum Julium Mariam Cardinalem Vicarium, ac ab eo quandocumque Deputatos, et deputandos in præmissis, et circa ea facienda, ordinanda, statuenda, et decernenda suos plenarios effectus sortiri debere. Mandantes propterea eisdem Capitulis, et Canonicis, etiam Patriarchalium, et aliarum Ecclesiarum, et Monasteriorum, ac Piorum Locorum prædictorum quibuscumque Superioribus, et Officialibus, nec non Monialium prædictarum Abbatissis, Priorissis, Ministris, aliisque omnibus, et singulis utriusque sexus Personis supradictis, quatenus eidem Julio Mariæ Cardinali Vicario, seu ab eo deputatis, vel deputandis prædictis pareant, ac obediant, alioquin Sententias, Censuras, et Pœnas, quas contra eos, seu eas tulerit, seu tulerint, faciemus Auctore Domino inviolabiliter observari. Non obstantibus quibuscumque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dictarum Ecclesiarum, Monasteriorum, et Locorum Piorum exemptionibus, Indultis etiam cum quibusvis efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis Clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis; necnon Statutis, et Consuetudinibus roboratis, Privilegiis, quoque Indultis, et Literis Apostolicis, sub quibuscumque verborum formis etiam Consistorialiter, vel motu proprio in genere, vel in specie, ac aliàs etiam iteratis vicibus quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales eidem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc servanda foret illorum tenores Præsentibus pro plenè, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expressè Derogamus; ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris. Die XXII. Septembris MDCCXCV. Pontificatus Nostri Anno Vigesimo Primo.

L. ✠ S.

R. CARD. BRASCHIUS DE HONESTIS.

Dilecto Filio Nostro Julio Mariæ S. R. E. Presbytero Cardinali DE SOMALIA *nuncupat. Nostro in Alma Urbe, ejusque Districtu Vicario in Spiritualibus Generali.*

PIUS PAPA VI.

NUM. 3. Literæ in forma Brevis, S. D. N. Papæ 22. Septemb. 1795., quibus eidem Card. *della Somaglia* Urbis Vicario conceditur facultas, ut vel per Se, vel per suum Procuratorem possessionem Officii Vicariatus apprehendere, retinere, exercere possit. Etc.

Dilecte Fili Noster Salutem, et Apostolicam Benedictionem. Cum Nos hodiè, Te, quoad vixeris Nostrum in Alma Urbe, ejusque Districtu Vicarium in Spiritualibus Generalem cum honoribus, oneribus, ac emolumentis solitis, et consuetis in locum bon. mem. Andreæ S. R. E. Cardinalis Corsini nuncupati, dum vixit, Nostri in Urbe, ac Districtu prædictis Vicarii in eisdem Spiritualibus Generalis in Romana Curia defuncti, Apostolica auctoritate fecerimus, constituerimus, et deputaverimus, prout in Literis Apostolicis, desuper sub Plumbo propediem expediendis plenius explicabitur. Hinc est, quod Nos ne interim Officium Vicariatus hujusmodi aliqua in eisdem Spiritualibus detrimenta patiatur, providere, simulque commoditati Tuæ, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, Tibi, ut vigore præsentium per Te, vel Procuratorem Tuum possessionem, seu quasi possessionem Officii Vicariatus hujusmodi, ac illi annexorum quorumcumque apprehendere, et retinere, Officiumque ipsum Vicariatus per Te, ac Officiales, et Ministros, eisdem modo, ac forma, et cum omnibus, et singulis facultatibus, Jurisdictionibus, honoribus, et oneribus, ac emolumentis, quibus dictus Andreas Cardinalis illud exercuit, seu exercere potuit, vel debuit similiter exercere, ceteraque omnia, et singula ad Officium Vicariatus hujusmodi, de Jure, Statuto, et consuetudine, aut aliàs quomodolibet spectantia, et pertinentia, modo tamen, ac forma supradictis facere, dicere, gerere, ordinare, et exequi liberè, ac licitè possis, et valeas in omnibus, et

per

per omnia, perinde, ac si Literæ prædictæ expeditæ essent; Apostolica Auctoritate præfata tenore præsentium concedimus, et indulgemus. Mandantes propterea omnibus, et singulis, ad quos spectat, ac pro tempore quomodolibet spectabit, ut Tibi in omnibus ad officium hujusmodi pertinentibus promptè pareant, et obediant, Tuaque salubria monita, jussa, ac mandata humiliter suscipiant, et efficaciter adimplere procurent, alioquin Sententiam, sive pœnam, quam ritè tuleris, seu statueris in rebelles ratam habebimus, et faciemus authore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut infra Sex Menses proximos Literas prædictas sub Plumbo expedire omninò tenearis.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem. Sub Annulo Piscatoris. Die XXII. Septembris MDCCXCV. Pontificatus Nostri Anno Vigesimo Primo.

R. CARD. BRASCHIUS DE HONESTIS.

Reverendissimo Cardinale Giulio Maria DELLA SOMAGLIA *Vicario*.

NUM. 4. Chirographum SS. D. N. PAPÆ 12. Novemb. 1795. quo eidem Card. *della Somaglia* Urbis Vicario conceditur omnes, et singulæ facultates, jurisdictiones, et auctoritates ordinariæ, et extraordinariæ, quæ concessæ fuerunt omnibus aliis Antecessoribus Urbis Vicariis etc.

Affinchè Voi possiate più pienamente, e speditamente esercitare la Carica. Di Nostro Moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra Potestà assoluta, vi concediamo tutte, e singole Facoltà, Giurisdizioni, ed Autorità si Ordinarie, che Straordinarie, Speciali, e Specialissime, che ricercassero specifica, ed individua menzione; e Tutte, e singole, che hanno avute, e sono state concesse à tutti li Rmi Cardinali Vicarj vostri Antecessori, e à qualsivoglia di essi, benchè per Lettere, e Chirografi diretti alle proprie, e singolari di Loro Persone, e che hanno sin'ora in qualsivoglia maniera godute, avendole tutte, e singole con li loro Tenori qui *de verbo ad verbum* expresse colla clausola *Sublata*, e Decreto irritante *in forma*; e Vogliamo, e Decretiamo, che il presente Chirografo vaglia colla presente Nostra Sottoscrizione, e senz' altra ammissione, e registrazione in Camera, e suoi Libri, non ostante la Costituzione di Pio IV. Nostro Predecessore: *De registrandis*, e qualsivoglia Costituzione, uso, stile, legge, consuetudine, ordinazioni, e Costituzioni Apostoliche, ò altro, che in qualsivoglia modo facesse, ò potesse fare in contrario, aven-

avendone il tenore qui espresso abbastanza, alle quali tutte, e singole per questa volta deroghiamo.

Dato in Roma dal Palazzo Apostolico Quirinale questo dì 12. Novembre 1795.

PIUS PP. VI.

NUM. 5.

Literæ Apostolicæ sub Plumbo S. D. N. Papæ 8. Kal. Februarii 1795., quibus Officium Vicariatus Almæ Urbis, et illius Suburbiorum, et Districtus cum omnibus, et singulis Privilegiis, Facultatibus, Præeminentiis, Jurisdictionibus etc. exercendum eidem Cardin. *della Somaglia* concedit, et assignat, quoad vixerit, etc.,

PIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI. Dilecto filio Nostro Julio Mariæ Tituli Sanctæ Sabinæ S. R. E. Presbytero Cardinali *della Somaglia* nuncupat., ac Nostro in Urbe, ejusque Districtu Vicario in Spiritualibus Generali Salutem, et Apostolicam benedictionem. Quamvis Ecclesiarum omnium Universalis Curæ, et Populi Christiani Regimen ad Vigilantiam Nos inducat, Romana tamen Urbs inclita, in qua Sacerdotii Principatum, et Christianæ Religionis Caput Divina instituit providentia, Mentem nostram sollicitat, ut illa spiritualiter, et temporaliter a providis, vigilibusque Ministris directa non solum præservetur a Noxiis, sed etiam congruum suscipiat incrementum. Sanè cum Nos nuper Officium Vicariatus Almæ Urbis, et illius Suburbiorum, ac Districtus, quod aliàs felicis recordationis Paulus PP. IV. Prædecessor Noster pro Uno ex S. R. E. Cardinalibus, qui illud per pro tempore existentem Romanum Pontificem concessum absque dispensatione Apostolica ad ejus vitam obtineret, et per se ipsum, seu ab eo deputatos Vicesgerentem, et Suffraganeum, ac in Civilibus, et Criminalibus Locumtenentes exerceret de Fratrum Suorum consilio, et communi consensu Apostolica Auctoritate erexit, et instituit, prout in Erectione, et Institutione hujusmodi, et seu præfatis desuper confectis Literis plenius continetur, quodque bonæ mem. Andreas Episcopus Sabinensis, dum viveret ejusdem S. R. E. Cardinalis Corsini nuncupatus nuper obtinebat, per obitum dicti Andreæ Cardinalis, qui apud Sedem Apostolicam debitum naturæ persolvit, vacaverit; Nos ad prosperum, et felicem statum dictæ Urbis in eisdem Spiritualibus dirigendum sollicitis studiis intendentes ad Te ob eximiam Tuæ circumspectionis industriam, cognitam bonitatem, singularem integritatem, ac prudentiam, Fidei, ac Justitiæ zelum, ac in magnis, et arduis præfatæ S. R. E., cujus honorabile membrum existis, negotiis, experientiam comprobatam, nec non alia multiplicum virtutum dona, quibus personam Tuam illorum Largitor Altissimus insignivit, direximus oculos Nostræ Mentis, certam in Domino spem habentes, quod gratia Tibi assistente Divina Officium ipsum summa cum pruden-

dentia, fidelitate, ac diligentia exerceres. Motu proprio, et ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine Officium prædictum sic vacans Tibi, quoad vives per Te, ac Vicesgerentem, et Suffraganeum, necnon Locumtenentem, seu Locumtenentes tuum, vel tuos exercendum cum omnibus, et singulis privilegiis, facultatibus, prærogativis, præeminentiis, immunitatibus, exemptionibus, et Jurisdictionibus, nec non honoribus, et oneribus, Juribus, et emolumentis solitis, et consuetis, quibus alii in Urbe, Suburbiis, et Districtu præfatis Vicarii in Spiritualibus Generales Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum pro tempore fuerunt uti, potiri, frui, et gaudere potuerunt, seu etiam debuerunt, Apostolica Auctoritate concessimus, et assignavimus, et aliàs prout in Nostris in forma Brevis desuper expeditis Literis etiam plenius continetur, singularum dictarum literarum, aliorumque præmissorum tenores etiam veriores, ac Datas, nec non alias dicti Officii Vicariatus facultates, siquæ sint, pro expressis habentes, antedictas Officii Vicariatus hujusmodi concessionem, et assignationem tenore præsentium, Motu, scientia, et potestate similibus confirmamus, et approbamus, Teque in Nostrum, et Urbis, ac Suburbiorum, et Districtus præfatorum Vicarium in Spiritualibus Generalem, nec non Romanæ Curiæ Judicem Ordinarium de novo assumimus, constituimus, et deputamus, Curam, Regimen, et administrationem, liberumque Exercitium Officii hujusmodi Tibi plenariè committendo cum potestate omnia, et singula faciendi, gerendi, disponendi, ordinandi, et exequendi, quæ ad hujusmodi Vicariatus Officium de jure, stilo, consuetudine, aut aliàs quomodolibet pertinere dignoscuntur, et quæ omnes alii Vicarii Urbis, ejusque Suburbiorum, et Districtus de jure, stilo, consuetudine, vel alio quocumque modo, et titulo dicere, facere, ordinare, mandare, et exequi potuerunt, et debuerunt, quam etiam vigore omnium, et quorumcumque Indultorum, Facultatum, et Privilegiorum sibi, et Antecessoribus suis per fel. record. Paulum II., Clementem VII., Paulum III., aliosque Romanos Pontifices, Prædecessores Nostros concessorum ante Literas piæ memoriæ Pauli V. pariter Prædecessoris Nostri datas Kalend. Martii Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Sexcentesimo, Undecimo super Reformatione Tribunalium Urbis editas cum Declarationibus, et Reformationibus contentis in Literis prædicti Pauli V. juxta quas, et respectivè ad eum Statum, in quo erant ante easdem Literas Pauli V. Prædecessoris: rec. mem. Innocentius PP. XII. simili modo Prædecessor Noster in Literis super suppressione, abolitione, et abrogatione Tribunalium, et Judicum Urbis, et Privilegiis Constitutorum

rum expeditis XV. Kalendas Octobris Anno ejusdem Incarnationis Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Secundo facultates, privilegia, et Indulta Vicario pro tempore existenti Urbis, ejusque Districtus, per prædictos, et alios etiam posteriores Pontifices concessa in Judicialibus dumtaxat reduxit, et reformavit, quas quidem Innocentii prædicti Literas subinde recolendæ memoriæ Benedictus PP. XIV. etiam Prædecessor Noster per suam perpetuò valituram Constitutionem confirmavit, et approbavit, et quas quidem Constitutiones Prædecessorum hujusmodi, omniaque, et singula indulta, facultates, et privilegia, ut præmittitur per eosdem, vel alios Officio Vicariatus, et Vicariis prædictis in Judicialibus concessa, et ad Statum prædictum reducta, quarum, et quorum tenores præsentibus pro plenè, et sufficienter expressis, et insertis haberi volumus, salvas, et salva esse, ac in suo firmitatis robore permanere declaramus, volumus, et mandamus, nec non illas, et illa pro potiori cautela harum serie eadem Apostolica auctoritate approbamus, confirmamus, et innovamus, eisdemque modis, et formis, quibus ab ipsis Prædecessoribus nostris emanarunt similibus auctoritate, et tenore, ut præfertur, denuò concedimus, et indulgemus firmis quoque, et illæsis remanentibus aliis Indultis, Privilegiis, et Facultatibus Judicialia non respicientibus eidem pro tempore existenti Vicario, et Vicariatus Officio quandocumque etiam post dictam Reformationem Pauli V. Prædecessoris Nostri concessis, nec reformatis, et quomodolibet competentibus. Teque in præmissis, et circa præmissa, seu quomodolibet ipsorum competentem Judicem, et Exequutorem Motu, Scientia, et Auctoritate paribus declaramus, constituimus, et deputamus. Et ut Tu officium prædictum melius, et liberius prosequi valeas, Motu pari mandamus omnibus, et singulis, ad quos spectat, cujuscumque Status, dignitatis, Ordinis, gradus, et conditionis existant, quatenus in exequendis iis, quæ ad Officium Tuum prædictum, et Jurisdictionem pertinere noscuntur, omnibus possibilibus auxiliis, consiliis, ac favoribus opportunis assistant, Tibique pariter obediant, prout Nobis præsentes quoque Tibi in omnibus, et per omnia suffragari debere, illasque, et in eis contenta quæcumque sub quibusvis similium, vel dissimilium facultatum, et gratiarum revocationibus, suspensionibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus nullatenus comprehendi, nec per eas immutari, suspendi, limitari, moderari, aut ad terminos Juris reduci posse, sed perpetuò validas, et efficaces fore, et quidquid illarum vigore a Te gestum, statutum, factum, mandatum, indultum, et exequntum fuerit perpetuam Juris, et roboris firmitatem obtinere, et nullo unquam tempo-

pore de Subreptionis, Obreptionis, aut Nullitatis vitio, seu Intentionis Nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel ad terminos Juris, seu in Jus, vel controversiam revocari, ac omnes, et singulos processus, et sententias, quos, et quas per quoscumque Judices, et Officiales in præjudicium attributæ, et concessæ Tibi Jurisdictionis prædictæ haberi, et promulgari contigerit nullos, et nullas, nulliusque roboris, vel momenti fore, et esse. Et ita per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, etiam Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales sublata eis, et eorum cuilibet aliter Judicandi, et Interpretandi facultate in quavis Causa, et Instantia judicari, et definiri debere, et si secùs super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, et in Conciliis etiam Generalibus editis, stylo Palatii, Regulis Cancellariæ Apostolicæ, mandata executiva, aliasque sub Plumbo expeditas prohibentibus, ceterisque Contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium Transumptis desuper confidentibus semper, et quandocumque stetur, ac plenaria fides adhibeatur tam in Judicio, quam extra illud, ac si eædem præsentes originaliter forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ Confirmationis, Approbationis, Novæ Assumptionis, Constitutionis, Deputationis, Confirmationis facultatis, Declarationis Mandati, et Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contrahire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Septingentesimo Nonagesimo Quinto. Decimo octavo Kalendas Februarii. Pontificatus Nostri. Anno Vigesimo Primo.

CLEMENS PAPA XIV.

NUM. 6. Literæ in forma Brevis recol. mem. Clementis PP. XIV. 24. Novembris 1773. quibus unam Congregationem ex Tribus S. R. E. Cardinalibus in Collegio Romano erigit, et in qua mandat, ut locum semper habere debeat pro tempore existens almæ Urbis Card. Vicarius, ad quem privativa inspectio pertinere debeat in omnibus Spiritualibus non solum in Seminario, et Collegio Romano, sed etiam in Ecclesia S. Ignatii, in Oratorio S. Francisci Xaverii: *Caravitæ* nuncupato etc.

AD PERPETUAM etc. Commendatissimam publicarum Scholarum, Gymnasiorum, ac Universitatum institutionem tanta cum Christifidelium omnium utilitate, ac plausu communiter exceptam vidimus semper, ac planè cognovimus, ut ad Supremam Beati Petri Cathedram divina dispositione vocati, in illis ubique, et in hac præsertim Alma Urbe nostra conservandis, augendisque omne studium, omnemque curam, et solicitudinem Nostram meritò impensam esse in Domino arbitremur. Hac ita de re, ut Collegium in eadem Urbe dudum erectum, et Romanum nuncupatum, eo, quo par est, splendore conservetur, ac magis, magisque augeatur in publicam non solum omnium ad ejus Scholas confluentium utilitatem, sed eorum præsertim, qui in Sortem Domini vocati in Episcopali Nostro Seminario ad pietatem, doctrinam, morumque integritatem informantur, Unam Congregationem ex tribus S. R. E. Cardinalibus, pro ejus felici, ac prospero gubernio erigere decrevimus. Semper autem volumus, atque mandamus, ut in Congregatione hujusmodi locum habere debeat Dilectus filius Noster Marcus Antonius S. R. E. Presbyter Cardinalis Columna nuncupatus, atque pro tempore existens Almæ Urbis prædictæ Vicarius, ad quem privativa inspectio pertinere debeat in omnibus Spiritualibus. Quo circa non solum Episcopale Seminarium prædictum, ac omnes quocumque titulo in Collegio Romano hujusmodi commorantes, sed etiam Ecclesia S. Ignatii, ac Sacræ functiones, quæ in ea peraguntur, unà cum Oratorio S. Francisci Xaverii: *Caravitæ* nuncupato, ac operibus piis ibidem exerceri solitis, ac ab eodem Oratorio, quocumque modo dependentibus sub ejusdem nunc, et pro tempore existentis Vicarii directione erunt; ita ut Ipse Alumnos eligere, Præfectos, aliosque Ministros deputare, ac id totum, quod in Spiritualibus Ecclesiasticam respicit disciplinam, valeat explere. Alter vero ex iisdem Cardinalibus privativam pariter inspectionem habeat in iis, quæ ad Æconomicum Statum pertinent, et consequenter ab eo omnes Ministri deputandi erunt, eisque stipendia, honoraria, et Salaria constituenda, idque omne, quod ad Æconomiam pertinet, peragere possit. Tertius autem ex dictis Cardinalibus Præfectus erit Studiorum, Bibliothecæ, ac Musei in dicto Collegio nunc existentis, nec non Speculæ in posterum ibidem erigendæ. Qua de re ipse in Lectores, Studia, Scholas, Discipulos, Bibliothecam, et Museum pe-

cu-

culiarem superintendentiam obtinebit, atque, prout sibi opportunum videbitur, Cathedras augere, ac mutare poterit, cum facultate eligendi Lectores, eosque ab officio Suspensos declarandi, atque in respicientibus Scholas, et Studia providendi. Motu itaque proprio, atque ex certa Scientia, et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine Congregationem prædictam ex memorato nempe Marco Antonio Card. nunc, et pro tempore existente dictæ Urbis Vicario, atque ex dilectis iisdem filiis Nostris Andrea, et Francisco Xaverio ejusdem S. R. E. Presbiteris Cardinalibus Corsino, et de Zelada respectivè nuncupatis erigimus, ac instituimus; ita ut Primus eorum in Spiritualibus omnibus prædictis, Alter vero in iis, quæ ad Æconomicum Statum pertinent; Tertius demum in respicientibus Studia, aliaque præmissa demandatum per præsentes munus, sicut præfertur respectivè gerant, et obtineant: Omnes tamen, quoties ipsi opportunum putaverint, simul congregabuntur, et relatis ab unoquoque ipsorum iis omnibus, quæ ad quemque ex illis, ut præmittitur, respectivè pertinent plena Congregatio, quod expediens censuerit, licet ad peculiarem cujusque inspectionem spectet, decernere poterit. Huic autem Congregationi sic per Nos, ut præfertur, erectæ, et constitutæ eamdem omnino jurisdictionem Civilem, et Criminalem, quam obtinet pro tempore existens Rector Sapientiæ, ejusque Universitatis Almæ Urbis prædictæ, motu, Scientia, et potestatis plenitudine pariter tribuimus, et impertimur; ita ut idem Marcus Antonius, et pro tempore existens Vicarius hujusmodi criminaliter ad tollendas omnes inordinationes, quoad mores, ac Spiritualia procedere possit; Memoratus vero Andreas Cardinalis in iis, quæ Æconomicum Statum respiciunt, ac prædictus Franciscus Xaverius Cardinalis in pertinentibus ad Scholas, Discipulos, Lectores, et in illis omnibus, quæ Scholarum ratione evenirura sint, criminaliter quoque, sed adhibita opera pro tempore existentis Locumtenentis Vicarii prædicti, ejusque Notarii procedere pariter respectivè possint, et valeant. Si quis vero ab aliquo ex eisdem Cardinalibus se gravatum fuisse putet, in plena Congregatione predicta gravaminis causam exponat, atque ad illam recurrat. Præterea privilegia omnia, Indulgentias, Gratias, et Indulta a Romanis Pontificibus, Prædecessoribus Nostris eisdem Scholis, et Discipulis Collegii Romani prædicti, piisque Congregationibus ibidem fieri solitis concessa, et attributa, Motu, Scientia, et potestatis plenitudine similibus confirmamus, et approbamus, ac quatenus opus sit, denuò concedimus, et indulgemus. Decernentes etc.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub An-

nulo Piscatoris . Die 24. Novembris 1773. Pontificatus Nostri Anno V.

ANDREAS CARD. NEGRONUS.

NUM. 7.
Chirographa Duo rec. mem. Clementis PP. XIV. 5. Augusti 1769. et 7. Martii 1772. , quibus delegatur Card. Vicarius Urbis Judex Ordinarius, et Peculiaris in causis recursuum alimentorum ad instantiam pauperum personarum, præstandorum ab eorum propinquis, cum facultate expediendi Manus regias, etc.

I. REVERENDISSIMO CARD. COLONNA VICARIO. Nell' averci rammemorato, che Noi intenti al sollievo delle povere , e miserabili Persone sin dal principio del nostro Pontificato segnassimo in data del dì 5. Agosto 1769. un Chirografo di nostro Moto proprio a Voi stesso diretto del seguente tenore = Reverendissimo Card. Colonna Vicario . Avendoci voi rappresentato , che frequentissimi , e quotidiani sono li Ricorsi , che vi si avanzano da Persone dell' uno , e dell' altro Sesso , le quali costituite in estrema miseria , e non potendosi da per se stesse sostentare , ò perchè avanzate in erà , impedite , ed oppresse da malattie , ò perchè trovandosi in età pupillare non hanno ricovero di veruna sorte , e vengono discacciate da quei Parenti , che per ogni diritto sarebbero in obbligo di riceverle , sostentarle , e custodirle , e perciò domandano di esser sovvenute da quelli , li quali sono *de Jure* obbligati a ciò fare ; sopra di che Voi non mancate d'addoprarvi Economicamente per quanto potete in loro sollievo , con far chiamare col mezzo de' vostri Ministri detti Parenti più prossimi , ai quali si procura di ridurre a memoria l' obbligo che hanno per ogni legge di somministrare il ricercato ajuto ; ma che ciò pochissimo giovi , mentre li medesimi ricusano per lo più di addossarsi un tal Carico , e di voler somministrare qualunque benchè minima cosa a dette miserabili Persone , anzi per sfuggire qualunque ulteriore vessazione citano avanti la Segnatura , per far dichiarare tali Cause spettino al Giudice Civile , dal che ne nasce , che li miserabili ricorrenti non avendo commodo , ne assistenza per rispondere , e stare in Giudizio rimangano in tal forma defraudati , e non possono ottenere quel tanto , che *de Jure* dovrebbe competergli , onde credevate , che dovesse porsi qualche rimedio a tal disordine , e provedersi nello stesso tempo all' Indigenza di tante genti nella forma , che si credesse da noi più giusta , ed addattata a tal bisogno . Noi pertanto considerando ben ragionevole la vostra Istanza , e che l' affare ha veramente necessità di Provvedimento ; Con il presente Chirografo segnato di nostra mano : dì nostro Moto proprio , certa scienza , e pienezza della nostra assoluta Podestà economica ,

ca : che *de Jure* possa competervi , e come Vescovo , e come Giudice Ordinario , e quando faccia di bisogno , vi rinoviamo , e concediamo di nuovo il libero , e pieno esercizio di questa Podestà in modo speciale per le Cause , che ci avete rappresentato , nella cognizione delle quali vogliamo , che d'ora innanzi per sollecito bisogno delle medesime , ed in sollievo de' Poveri facciate tenere il seguente metodo:

Dovranno in primo luogo li Ricorrenti far costare , ò con Attestato del proprio Paroco , ò colle Fedi di due Testimonj la loro estrema povertà , ed in conseguenza la necessità , che hanno di essere ajutati , e contemporaneamente con altri consimili Attestati far anche costare , che i Parenti dai quali domandano l' ajuto siano in grado , ed in stato tale , che *de Jure* debbino , e respettivamente possino somministrarglielo .

Avutasi questa prova sommaria , e stragiudiziale doverassi stragiudizialmente far chiamare quel tale , che si sarà conosciuto essere in obbligo di prestare il ricercato ajuto , e quando riesca di farlo con buon accordo , indurlo ad un mensuale assegnamento , maggiore , ò minore , secondo la di lui possibiltà in favore del Supplicante ; e quando non riesca di far ciò d' accordo , tassare , e decretare la somma da doversi pagare , quale poi se il pulsato non vorrà soddisfare , ordinare Economicamente , senza strepito , e figura di Giudizio l' Esecuzione reale per la somma tassata , con Mandato di spedirsi *gratis* .

Affine poi , che tali Decreti stragiudiziali , ed Esecuzioni reali non debbano essere impedite , ò trattenute da Citazioni , ricorsi , ò appellazioni solite farsi ad altri Tribunali Superiori : e di nostra assoluta Podestà , vogliamo , ed ordiniamo , che non si dia ricorso , ò appellazione di veruna sorte agli Economici , e stragiudiziali Decreti , ed Esecuzioni , che si faranno in tali Cause per ordine Vostro , e de' vostri Ministri .

E che Giudici di tali Cause dobbiate esser Voi , Monsignor Vicegerente , e Monsignor vostro Luogotenente Civile , ed il vostro , e loro respettivi Uditori ; derogando per tale effetto , e per la cognizione di tali cause a qualunque prattica , ò stile , che vi sia in contrario , mentre la nostra determinata volontà è , che si servi onninamente il prescritto metodo , volendo altresì , e decretando , che al presente nostro Chirografo , non possa opporsi vizio di Orrezzione , ò difetto di nostra volontà , e che segnato solamente di nostra mano abbia il suo pieno vigore ; come se fosse stato registrato in Camera , non ostante la Bolla della felice memoria di Pio IV. *De Registrandis* , le Regole della Cancellaria , ed ogni altra cosa , che facesse in contrario , alle quali tutte ,

te, e singole in questo caso, ed a quest' effetto deroghiamo. Dato dal nostro Palazzo Apostolico Quirinale questo dì 5. Agosto 1769.

CLEMENS PP. XIV.

II. CI AVETE RAPPRESENTATO AL PRESENTE, che alcune di esse Persone miserabili ignorando la disposizione di detto Chirografo abbiano con loro dispendio giudizialmente aggito in altri Tribunali contro di quelli, che *de Jure* erano tenuti, ed obbligati a prestargli gli Alimenti, ò in Casa, ò fuori di essa, e per lo più han dovuto cedere alla lite per non poterla sostenere a cagione della loro miseria.

Ed altresì ci avete rappresentato le difficoltà, che spesso s' incontrano nell' Esecuzione della Mano regia, che sommariamente, e *gratis* si rilascia contro di alcuni *de Jure* tenuti alla somministrazione degli Alimenti a motivo de' lor pretesi Privilegj, di privativa, ò esenzione dal vostro Foro, ò di Officio, di Familiarità, ò Lettere Pateuti di Personaggi, Congregazioni, ed anche de' Cardinali.

Quindi è, che per ovviare simile disordine, e sempre più giovare a dette Persone miserabili per la pronta sommaria, ed Estragiudiziale somministrazione degli Alimenti, confermando in primo luogo detto nostro Moto proprio, come sopra trascritto, e quante volte faccia di bisogno nuovamente approvandolo, e sottoscrivendolo, ora con simile nostro Moto proprio, certa scienza, e pienezza della nostra Suprema Autorità, stabiliamo, dichiariamo, e decretiamo, che in avvenire Voi, e li vostri Successori *pro tempore*, Monsignor Vicegerente, Monsignor vostro Luogotenente Civile, ed il Vostro, e loro respettivi Uditori siano i Giudici Privativi per la cognizione Sommaria di tali Cause, in maniera che possiate anche avocare *ex integro*, come Noi avochiamo tali Cause da qualsivoglia Tribunale, e avanti qualsivoglia Giudice, benchè privilegiato, e privilegiatissimo per procedere in esso Sommariamente a tenore di detto nostro Chirografo privativamente ad ogni altro Giudice, e Tribunale, rimosso qualunque ricorso, ò appellazione, quali non dovranno in alcun modo attendersi.

E per le Mano regie, che da Voi si rilasceranno a favore di tali Persone miserabili per gli Alimenti da darsi in Casa, ò fuor di Casa, contro di quelli, che *de Jure* sono te-

tenuti ; e per la somma da Voi arbitrata , e tassata , vi concediamo piena , ed ampla facoltà di poter far' eseguire detta mano regia , senza attendere qualunque Inibizione , benchè fosse Dotale , preteso Privilegio , esenzione , variazione di Foro , Familiarità , e Lettere Patenti di qualsivoglia Personaggio , benchè Cardinale ; e trattandosi di Alimenti , che *venter non patitur dilationem* , concediamo anche ampla facoltà di poter procedere , quando faccia di bisogno , al Sequestro dell' annue rendite , e alle mercedi menstrue , e diurne , che conseguiranno per qualunque Arte , Professione , ò servizio , che eserciteranno , ò presteranno con rilasciarne l' opportuni Mandati , e quelli fare eseguire , il tutto sommariamente , *Manu regia , et gratis* , derogando per tale effetto a qualunque pratica , ò stile , che vi sia in contrario , mentre nostra determinata volontà è , che si osservi onninamente il prescritto metodo : Vogliamo altresì , e decretiamo , che a questo nostro Chirografo non possa opporsi vizio di orrezzione , ò difetto di nostra volontà , e che segnato solamente di nostra mano abbia il suo pieno vigore , come se fosse stato registrato in Camera , non ostante la Bolla della fel. mem. di Pio IV. *De Registrandis* , le Regole della Cancellaria , ed ogni altra cosa , che facesse in contrario , alle quali tutte , e singole in questo caso , ed a quest' effetto deroghiamo .

Dato dal Nostro Palazzo Apostolico Quirinale questo di 7. Marzo 1772.

CLEMENS PP. XIV.

OF-

OFFICINATORES . LIBRARII . LAZZARINIANI
INCHOAVERE . ROMÆ . HOC . OPUS
XVI. KAL. JUNII
ABSOLVERE . XVII. KAL. OCTOBRIS
ANNO . MDCCXCVII.
SACRI . PRINCIPATVS
PII . VI
PONTIFICIS . MAXIMI
ANNO . XXIII
VICE . SACRA . ANTISTITE
OPTIMO . ET . VIGILANTISSIMO
IN . EADEM . URBE
JULIO . MARIA
TITT. . SANCTÆ . SABINÆ
S.R.E. PRESBYTERO . CARDINALE
SOMMALIA

14480

Prima facciata